Chyrurgia Guidonis de cauliaco. Addita recepta aque balnei de porecta per egregiū medicine doctorez dñm Thuram de castello Bonoñ. ciuem edita: nuperrime impressa et diligēter emendata.



Cum gratia et priuilegio.

¶ Chyrurgia Magistri Guidonis de cauliaco edita ãno dñi. 1363. i pclaro studio mõtispessulani. Feliciter incipit.

Ostquam prius gratias egero deo largiente vitam perpetuam animarũ ꝛ sanitatem corporũ ꝛ medicanti morbos per gratiam quam tulit omni carni ex virtutibus sanitatem cõseruantibus: ꝛ protegentibus a langore dãti intelligi artem medicine ꝛ ingenium sanitatis diuinis ꝛ animosis intelligentibus: dabo operam ad commentandum ꝛ assumandum. ¶ In primis igitur aggrediens quandam commentationem seu collectionem artis medicine chyrurgie: ago gratias deo viuo ꝛ vero: ꝛ quibus tribuit esse: sine quo nullũ rite fundatur exordium. Ad eum deuotissime recurrendo totis viribus cordis mei supplicando: vt in hoc ope ꝛ in cunctis alijs mittat mihi auxilium de sancto: ꝛ de syon tueatur me felix principium tribuendo: ꝛ felicius medium gubernando: ꝛ iubeat complere qđ fiat vtile ad finem optimum deducendo.

¶ Ratio huius commentationis seu collectionis non fuit librorum defectus: sed potiꝰ vnitas ꝛ profectus. Non enim quilibet omnes libros habere potest: ꝛ si haberet tediũ esset legere: ꝛ diuinitus omnia in mente tenere: varia lectio delectat certa prodest: ꝛ in constructionibus semper occurrunt meliora menta. Scientie enim per additamenta fiũt non enim est possibile eundem incipere ꝛ finire. ¶ Pueri enim sumus in collo gigantis quia videre possumus quicquid gygas ꝛ aliquantulum plus. ¶ Est ergo in constructionibus ꝛ assumationibus vnitas ꝛ profectus verum quia vt ait Plato eximius ea q̃ scribuntur breuius q̃ expediat sunt diminuta ꝛ obscura: ea vero que longius videntes fastidium: vix est liber qui reprehensionem effugiat. ¶ Et propter hoc mihi ad solatium senectutis: ꝛ ad solum mentis exercitium vobis dominis meis medicis montispessulani Bonoñ. Parisius atq; Auinioñ. precipue papalibus: quibus me in seruitio Romanorum pontificum associaui. ¶ Cum quibus audiẽdo legendo ꝛ operando fui nutritus mediocritatem obseruando moderata compendiositate perstringam sapientium dicta principia que in diuersorum librorum voluminibus de chyrurgia tractauerint propter quod inuentarium seu collectorium chyrurgie vocabitur liber iste. ¶ Nec de modo pprio aliquid nisi forte paucissima addidi que iuxta modicitatem mei ingenij vtilia reputaui. Si quid tamen imperfectum: dubium superfluum ꝛ obscurum ibidem fuerit correctioni vestre submitto: et supplico: vt paupercule scientie mee veniam concedatur.

¶ Capitulũ singulare in quo pmittuntur quedam valde necessaria cuicunq; volenti proficere in arte chyrurgie.

Carissimi domini qꝛ huiusmodi commentatio ad modum inuentarij ciuilis hereditatis ordinatur: ꝛ in inuentario ciuili prescribuntur cõmuniora et digniora hereditatis totius: ita ꝛ in isto premittitur capitulum singulare: in quo ponitur quedam communia valde necessaria cuicunq; volenti proficere in arte chyrurgie. Et hoc est quod nobis indicat philosophus primo physicorum. Innata est nobis via a communioribus ad specialia procedere. ¶ Dicatur ergo primo quid est chyrurgia. ꝛ lꝫ multi multipliciter diffinierunt: omnes tamẽ fundamentum a patre nostro Gale. in introductorio medicine sumpserunt: dum dicit.

¶ Chyrurgia est pars terapentice per incisionem ꝛ vstionem ꝛ articulationem ossium sanãs hoies. Cui diffinitioni addit in cõmẽto primi regimẽti acutoꝝ: ꝛ p alias manuũ opationes: ꝛ ita est cõplete descripta: fm qđ ipsa ꝯsideraẽ stricte: put est tertium instr̃m medicine. ¶ Ut aũt consideraẽ magis large put est scia curandi egritudines in quibus cadit seu intenditur operatio manualis sine exclusione alioꝝ duoꝝ instroꝝ medicine potionis vꝫ ꝛ diete talis descriptio ex dictꝭ oiꝫ assignaẽ isto mõ. ¶ Chyrurgia est scia docẽs modũ ꝛ qualitatẽ opandi pricipalr ꝯsolidãdo incidẽdo: ꝛ alias opationes manuũ exercẽdo sanãs hoiem fm qđ ẽ possibile. ¶ Scia ponit ibi loco gñis. Nec vꝫ qđ obijci tunc in multis locis nominatur ars: qꝛ hic largeꝛ nõ proprijssime sumitur hoc nomẽ scia: habitus

cum aie tantam colligantiaz habent q vnus pro reliquo multotiens nominatur. Ueritas tamen habet q chyrurgia est duplex docēs que appropriatur nomie scientie quā pōt habere aliqs si nunq fuerit operat⁹. Et vtēs que e noie artis appropriat: ⁊ istam nullus sci re potest nisi viderit eam quam Aristo. inter artes mecanicas numerauit. Et hoc est qđ Gal. dicebat in primo de alimentis. ex libro aūt nunc gubernatorez aliquem posse fieri: nunc alterius artis opificez: sola em̄ doctrina que exercitando habetur artifices operant. ¶ Cetera ponūtur pro differentia: sed qr lo gicum est pretermittatur: in cauda tn̄ ponit fm q est possibile sanās hoīes: qr vt dicebat in montepessulano magr meus Raymūdus non oīa in oībus: sed cetera in ceteris non est in medico semper releuetur vt eger. ¶ Que rere a medico demonstrationē est querere a traulo sermociuationem vterq caret instru mentis: vt doctor dicebat subtilis sufficit fa cere qđ ars precipit. ¶ Ubi aduertenduz q in oībus egritudinibus ars precipit curā pro priam exceptis tribus casibus in quib⁹ suffi cit cura larga preseruatiua ⁊ palliatiua.

¶ Primus casus est qn̄ morbus est simplicit incurabilis: vt lepra. ¶ Scđs qn̄ morbus est curabilis de se: est tamen in patiente inobe diente: aut penam sustinere non valente: vt cancer in membro particulari. ¶ Terti⁹ est qn̄ cura illius morbi generaret maiorē egri tudinem: vt malum mortuum inueteratum aut emorroydes antiquas sanare nisi vna re licta fuerit periculum est. ydropisim autuma niam fieri: inquit hyppo. ⁊ hoc innuebat G. nono terapen. ¶ Curatio vnuz habet modū opari indolorose ⁊ absq fallacia saluare cor pus ⁊ non perimere boni medici est non sini stri. 12. terap. ⁊ hoc est facere qđ est possibile ⁊ non propter pecuniam promittere impossi bilia aualis curis: ⁊ a falsis promissionibus ca ueas: ne nomen mali medici subeas: neq su per corpus tuum accipias. ¶ Dicitur autez chyrurgia a chyros qđ est man⁹ ⁊ gyos: qđ est operatio quasi scientia de opere manua li. Apparet em̄ ex predictis q corpus huma num sanabile ⁊ egrotabile per scientiam chy rurgie est subiectum in chyrurgia: ⁊ q re mouere egritudinem ⁊ seruare sanitatez fm q est possibile cum scientia chyrurgie est fi nis ⁊ intentio istius scientie. Partes chyrur gie fm Joannitiū in genere sunt due ⁊ opera ri vcz in membris mollibus: ⁊ operari in du ris. ¶ In specie vero sunt quinq vcz scietia docens operari in vulneribus: ⁊ docens ope rari in restaurationibus: ⁊ in aliis in quibus cadit operatio manualis. ¶ Operatōes chy rurgicoꝝ ī predictis partib⁹ sunt tres. s. sol uere continuum flebothomando scalpendo. Jungere separatum: consolidando vulnera: ⁊ reducendo algebras: extirpare superfluuz cum curantur aposiemata: ⁊ glandule rese cant. ¶ Instrumenta chyrurgicorum cū qui bus ista complentur sunt multiplicia: qr q̄ dam sunt communia ⁊ quedam propria.

¶ Cōmunia quedam sunt medicinalia: que dā ferralia. ¶ Instrumēta medicinalia sunt regimina: potiones. faginationes: vnguenta emplastra: pulueres. ¶ Instrumenta ferra lia sunt que sunt ad incidendum. vt forpices rasoria: ⁊ lancete. Quedam ad cauterizandū vt sunt oliuaria ⁊ cultellaria. Quedam ad ex trahendum: vt tenacule ⁊ pincecarole. Que dam ad probandū vt ꝓbe ⁊ intromissi. Que dam ad suendū: vt acus ⁊ cānule. ꝓpria sunt vt trepana in capite falx in ano ⁊c. ¶ Ex q̄ bus apparet q chyrurgicus artificialiter operans debet secum portare quinq vnguē ta. s. basilicon ad maturandum: vnguentum apłoꝝ ad mundificandū: vnguentum albū ad consolidandum. vnguentū aureuz ad in carnandum. dyalteam ad dulcorandū. ¶ In peniarolo debet portare quinq vel sex in strumenta scz forpices: pincecarolas: probaz rasorium: lancetam: ⁊ acus. ¶ Et talis chy rurgic⁹ sic munitus potest predictas opera tiones in corpore humano vtiliter exercere: duntaxat q recte fuerit curatiuarū intentio num informatus. Informatur em̄ curatiuis intentionibus fm Gal. per totā terapenticā ab indicationibus assumptis a rebus preter naturam primo. ⁊ cōsequenter a rebus natu ralibus ⁊ non naturalibus: ⁊ ab eisdem anne xis. Incipere q̄dem oportet fm eundē G. in scđo terap̄. a primis: transire vero hic ad eas que cōsequenter: deinde ad illas q̄ illis ad herent. Et sic faciendo non cessaret anteq ꝑ ueniat ad finem rei quesite: que est curatio vniuscuiusq egritudinis. ¶ Primū vero du cens ad hanc viam est egritudinis notio. s. qualis sit per suā naturam. Consequēter di scurrendo per aliam indicationem fm singu lum accipere nō visam a pluribus. consequē ter inuentis indicationibus oportet fm eun dem intentiones inquirere que sunt possibi les: ⁊ que non perfici. Ultimo inuenire opor tet cum quibus ⁊ qualiter compleantur.

¶ Ubi aduertendū versus finem scđi: ⁊ q

si intētiones sunt pauce et cōcordes vt in vlcere seu vulnere simplici leue quid est. Si vero sunt multe et cōtrarie: vt in vlcere cōcauo sordido aposo iuxta mēbruz nobile: scrutari em̄ oportet etiā tūc talibus cōplicationibus. primo em̄ a qua maxime periclitatur homo. scdm vero que ex ipsis rationē hz cause. tertiū est que impossibile est sanari āte aliā. nā vbi ab aliqua dispositione magnū periculū iminet itentio est ad illud qd magis pperat: vbi vero hoc idē faciens: seu cōseruās que ad curam. vbi vero nō est possibile curari: hoc ante illud que ab ordine vt in exēplo pfato Gal. tertio quarto septimo terapē. declarat euidēter. Et pp̄ter hoc dicebatur in tertio que nō est q̄d vt cām scrutari velut rationē eorum sine q̄bus non obtineris velut qd pperat. Aliqñ vero tale est que properat: vt cogat incuratā relinquere pticulā: vt in punctis neruis et emorroginātibus venis: in musculis pcussis: et in articulationibus que cum vlcere fiunt. ¶ Modus et forma operandi cū pdictis instrumentis fm Arnoldum elicitur ex quatuor cōsiderationibus. primo dz considerare chyrurgicus artificialr operans que sit illa opatio quā dz exercere in corpore humano. scdo quare applicatur. tertio vtrū sit necessaria et possis. quarto rectū modū applicandi. ¶ Primū hr per diuisionē et subdiuisionez opationū chyrurgie. vt supra dictū est. ¶ Secundum cognoscitur per generalē intentionez chyrurgicorum que precipit opationes eorū in humano corpore fieri debere fm vtilitatem cum fiducia securitatis. ¶ Tertiuz cōcipitur p cōsiderationē effectuū opis et particularium a parte corporis occurrentiū. ¶ Quartuz innotescit: vt oīa que cōueniunt corpori: fm que talis operatio sibi applicatur: et fm quod ipsi subijcitur: vel ad ea comparatur: conuenienter exerceantur: et hoc ante applicationem: et in actu applicationis et post ipsius actum.

¶ Uerbigratia. volumus extrahere aquam hydropicorum: prius debemus considerare que sit talis operatio: et scimus per diuisionem operationis chyrurgie que est soluere cōtinuum cum rasorio. ¶ Secundo debem9 cōsiderare quare fit: et scimus per generalez intentionem chyrurgicorum: vt curetur hydropisis: vel vt saltim passio allenietur. ¶ Tertio debemus considerare vtrum talis operatio sit necessaria et possibilis: et scim9 que est necessaria: quia aliter non potest curari hydropisis confirmata: et ideo si patiens debilis est non erit possibilis: si patiens sit fortis extrahetur paulatine. ¶ Quarto debemus considerare rectum modum extrahendi: et est: que situetur patiens supinus: et pellis vētris subtus vmbilicum a latere dextro: si passio venerit a sinistro vel ecōtra: si fuerit in dextro trahatur ad superius: et perforetur cum rasorio vsque ad locū vacuum: et applicata canula aque iuxta tolerantiam infirmi extrahatur: et post extracta canula cutis dimittatur: et descēdendo claudet vulnus mirach et aqua non exibit. Et qñ volueris iterū extrahere ducatur cutis et ponatur canula vt prius: et exibit quantum volueris et poterit tolerare et ita pz operatio. ¶ Operatores hui9 artis quorum noticia et doctrina fuit apud me: et quorum dicta inuenientur in hoc opere: ad hoc vt sciatur quis melius dixit alio bonum est eos in quodam cathalogo ordinare. ¶ Prim9 oīm fuit hyppo. qui vt legitur in introductorio medicine superauit oēs: et primo duxit ad lucē pfectam apud grecos medicinā. Ipsa em̄ vt dicit Macrobius et Isidorus quarto ethimologiaruz qd etiā recitatur in prologo totius continētis ante hypp. siluerat per quingentos annos a tēpore Apollinis et Asclepij: q̄ fuerunt primi eius inuentores: ipse em̄ vixit. 95. annis: et scripsit multos libros chyrurgie: vt ptz in quarto terapen. et in multis locis per Gale. Sed credo que propter bonā ordinationem librorum Gal. libri hyppo. et aliorum multorū fuerunt omissi. ¶ Gal. secutus est eum: et que hyppo. seminauit tanquam bonus agricola excoluit et augmētauit. vnde multos libros scripsit. in quibus multa de chyrurgia miscuit et specialiter librum de tumoribus preter naturam assumauit. et primos sex libros terapen. de vulneribus et vlceribus: et duos vltimos de apostematibus: et de multis egritudinibus alijs: in quibus cadit operatio manualis. cōposuit. vij. libros cathagenorum. lz non habeamus nisi summā ordinauit. fuit em̄ maximus in scientia demonstratiua tpe Antonij imperatoris post xpm quasi p. 150. annos. vixit. 80. annis: vt in vita et moribus phorum recitatur inter hyp. et Gal. fuit tempus mirabile vt dicit Aui. in quarto de facturis. 500. et 25. annorum: vt glosatur ibidem: et fm veritatē fuerunt. 586. anni. ¶ Post Gal. inuenimus Paulum qui vt testatur Ras. in toto continēte. et haliab. in libro de dispositiōe regali multa in chyrurgia fecit: libros tamē sex chyrurgie sue inueni. ¶ Subsequenter inuenitur Ras. Albu. et azarā: qui siue fuerint idē vel diuersi optime se habuerunt: maxime in libris Almansoris et diuisionuz et chyrurgia Albu.

dicta: et vt dixit haliabas in illis ſua ſpecialia poſuit. In toto ꝑo cõtinente qui helbani arabice dicitur cadeʒ replicauit: ꝛ oim̄ predeceſſorum ſuoꝝ maiorũ dicta congregauit: qꝛ tñ non elegit: ꝛ longus ꝛ indeterminatꝰ appreciatus minus fuit. Haliabas magnꝰ magiſter fuit: ꝛ preter ſeminationem in libris diſpoſitionis regalis nouã partem ſcđi ſermonis de chyrurgia ordinauit. ¶ Aui. illuſtris princeps ſecutus eſt eum ꝛ valde ordinate vt de alijs in quarto lib. de chyrurgia tractauit ꝛ vſq ad eum omnes inueniuntur fuiſſe phyſici ꝛ chyrurgici. Sed poſt vel propter laſciuiam vel occupationem curarũ nimiam ſeparata fuit chyrurgia: ꝛ dimiſſa in manibus mecanicoꝝ: quoꝝ primus fuit Rogerius Rotlãdus: atq quatuor magiſtri qui libros ſpeciales in chyrurgia ediderunt: ꝛ multa empirica in eis miſcuerunt. ¶ Deinde inuenitur Jamerius qui quãdã chyrurgiam brutalem edidit: in quam multa fatua nominauit in multis tñ Rogeriuʒ ſecutus fuit. ¶ Subſequenter autẽ inuenitur Brunus qui ſatis diſcrete dicta Gal. ꝛ Aui. ꝛ operationum Albucra. aſſũmauit. trãſlationem tñ librorum Gal. totã non habuit: ꝛ anathomiã penitus dimiſit. ¶ Poſt ipſum immediate venit Theodoricus qui rapiendo omnia que dixit Brunus cum quibuſdã fabulis hugonis de luca magiſtri ſui librum edidit. ¶ Guilelmus de ſaliceto valẽs homo fuit ꝛ in phyſica ꝛ in chyrurgia duas ſũmas compoſuit: ꝛ iudicio meo quãtum ad illa que tractauit ſatis bene dixit. ¶ Lanfrãcus etiã librum ſcripſit: in quo non multa poſuit: niſi que a Guill'o recepit: in alio tñ ordine mutauit. In hoc tẽpore magiſter Arnaldꝰ de villa noua i vtraq facultate floruit: ꝛ multa pulchra opa fecit. ¶ Hẽricꝰ de hermondauila Pariſius tractatum ꝑ notabilia incepit: i quo nitebatur de Theodorico ꝛ Lanfranco facere matrimonium: ipm̄ tamen tractatum morte preuentus nõ compleuit. ¶ In hoc tempore in calabria magiſter Nicolaus de regio in lingua greca ꝛ latina perfectiſſimus libros G. tranſlatauit. ꝛ eos nobis in curia tranſmiſit: qui altioris et perfectioris ſtili videntur ꝙ tranſlati de arabica lingua. ¶ Ultimo inſurrexit vna fatua Roſa anglicana: que mihi mandata fuit ꝛ viſa. credidi in ea inuenire odorem ſuauitatis. ꝛ inueni fabulas hyſpani Gilberti ꝛ Theodorici. ¶ Tempore autem meo fuerunt chyrurgici operantes tholoſe magiſter Nicolaꝰ cathalanus in montepeſ. magiſter Bonetus filius Lanfranci. Bonoñ. magiſter peregrinus atq mercadantus. Pariſius magiſter Petrus de argenteria. In lugduno: vbi practicaui longo tempore. Petrus de bonanto. In Auinione magiſter Petrus de arelate: ꝛ ſocius meus magiſter Joannes de parma. Et ego Guido de cauliaco chyrurgicus magiſter in medicina de confinibus alũnie dio. Mimaceneñ. medicus ꝛ capellanus commẽſalis dñi noſtri pape: vidi operationes multas ꝛ multa ſcripta predictorũ: precipue G. qꝛ quot reperiebantur libri in vtraq trãſlatione habui: ꝛ eos cum diligentia qua potui ſtudui: ꝛ per multa tempora operatus fui in multis partibus ꝛ nunc eram in Auinione: anno domini. 14 63. ¶ Pontificatus domini Urbani quinti anno primo. In quo ex dictis prenominatorum ꝛ meis experientijs cum auxilio ſociorum meorum: hoc opus compilaui iuſſu dei. ¶ Secte que currebant tempore meo inter operatores huiꝰ artis duas generales que adhuc vigent: logicorum videlicet ꝛ empericorum reprobatas a Galeno de ſectis. Et per totam terrapenticaʒ fuerunt. Et prima fuit Rogerij Rotlandi: ꝛ quatuor magiſtrorum: qui indifferenter omnibus vulneribus ꝛ apoſtematibus ſaniẽ cum ſuis pultibus procurabant: fundantes ſe ſuper illo quinti afforiſmorum laxa bona: cruda vero mala. ¶ Scđa fuit Bruni ꝛ Theodorici: qui indifferenter omnia vulnera cum ſolo vino exiccabant fundantes ſe ſuper illo quarto terapentice. ſiccum vero ſano eſt propinquius: humiduʒ vero non ſano.

¶ Tertia ſecta fuit Guillelmi de ſaliceto ꝛ Lanfranci: qui volentes mediare inter iſtos procurant omnia vulnera cum vnguentis ꝛ emplaſtris dulcibus: fundantes ſe decimoquarto terapentice. ꝙ curatio vnum habet modum: ꝙ abſq fallacia ꝛ dolore tractetur. ¶ Quarta ſecta fere omnium theotonicorũ militum ꝛ ſequentium bella: qui cum coniurationibus ꝛ põnibus: ꝛ oleo et lana atq caulis folio procurant omnia vulnera fundãtes ſe ſuper illo ꝙ deus poſuit virtutem ſuaʒ in verbis: herbis et lapidibus. ¶ Quinta ſecta eſt mulierum ꝛ multoꝝ idiotarum: qui ad ſolos ſanctos de omnibus egritudinibus infirmos remittunt: fundantes ſe ſuper illo: dñs mihi dedit ſicut placuit: dominus a me auferet quando ſibi placebit ſit nomen dñi benedictum amen. ¶ Et qꝛ iſte ſecte in proceſſu libri redarguentur omittũt de pſenti. Deyno tñ miror: quia ita ſe ſequuntur. ſicut

grues vnus non dixit nisi quod alter: nescio si propter timorem aut amorem. nunc dedignātur audire nisi consueta & auctoritate ꝓbata. Male legerūt Aristo. in scdo metaphisice ostendentē ꝙ ista duo sunt que magis impediunt viā & cognitionem veritatis. Dimittātur tales amicitie & timores: quia amicus est Socrates vel Plato: sꝫ magis est amica veritas. Sequātur doctrinā dogmaticam Gal. approbatam in libro sectarum: & per totam terapenticā que experimento & ratione integratur: in qua inuestigantur res: & refutantur voces. Et modum inuestigandi ipse docuit de cōstitutione artis dogmatice. capitulo septimo quem sub quodā epilogo in tertio de virtutibus naturalibus. caplo decimo sic ponit. Oportet em̄ debentem cognoscere quid aliis melius mox quidem. s. a principio & natura: et ꝓpria doctrina multum ab aliis differre. Cum autem factus fuerit puer veritatis quādam insaniam venereā habere. et neq̄ die neq̄ nocte deficere studentem: & adiscere quecunq̄ a gloriosissimis dicta sunt veteribus. Cum autem ad statum venerit iudicare eum: ac examinare tempore quā multo & intueri: quāto quidem concordent his q̄ manifeste apparent: quāto vero differunt: et ita hoc quidem eligere: hoc vero euertere. Et tali quidem vtiq̄ vehementer vtiles sperauí nostros futuros esse sermones. Aliis vero vtiq̄ fiet ista conscriptio superflua: ac si asino fabularetur. Non tamen dico quin sit optimum in proposito adducere testimonia: q̄ Gal. in multis locis preter rationem vtitur experimento que sunt omnibus hominibus vno indicatoria terapentice. primo adducit tertium per testimonia. vnde in primo meamir augetur fides eorum que scribuntur ex narrantium concordia. Et propter hoc dicit ꝙ ipse scribet vniuersa pharmaca que ab expertis medicis tradita sunt. & ita vt dixi faciā ego in processu deo glorioso adiuuante.

¶ Redeamus ad propositum: & ponātur conditiones que requiruntur cuicunq̄ chyrurgico volenti artificialiter dictū modum & formam operandi exercere in corpore humano quas hyppo. omniū bonoꝝ dux cum quadā subtili inductione concludit in primo afforismorum vita breuis: ars vero longa: tempus acutum: experimentū fallax: iudicium vero difficile. Oportet autem non solum seipsum ꝓbere que oportet facientē: sed & egrotātem et assistentes: & ea que extrinsecus ordinare.

¶ Sunt ergo quadruplices cōditiones que accipiuntur hic ſm Arnaldum latinatorem eloquentissimum. Quedam sunt que requiruntur in chyrurgico: quedā in infirmo: quedam in assistentibus alie vero in extrinsecus euenientibus. ¶ Conditiones que requirūtur in chyrurgico sunt quatuor. prima est ꝙ sit literatus. secūda ꝙ sit expertus. tertia ꝙ sit ingeniosus. quarta ꝙ sit morigeratus.

¶ Requiritur ergo primo ꝙ sit chyrurgicus literatus: non tantum in principiis chyrurgie: sed etiam physice. tam in theorica q̄ in practica. In theorica oportet ꝙ ipse cognoscat res naturales & non naturales: & contra naturam. Primo enim oportet ꝙ ipse cognoscat res naturales precipue anathomiam. nā sine ipsa factum est nihil in chyrurgia: vt inferius apparebit. ¶ Cognoscat etiam conclusionem: nam ſm diuersitatē nature oportet diuersificare medicinam. Contra thesillum in tota terapenti. Illud idem probatur de virtute. Res etiam non naturales: vt sunt aer cibus & potus &c. oportet ꝙ cognoscat. nā iste sunt cause totius egritudinis & sanitatis ¶ Oportet etiam ꝙ cognoscat res contra naturam morbum scilicet nam ab ipso sumitur intentio curatiua. Causam nullo modo ignoret. nam sine cognitione ipsius curatio non esset eius muneris: sed fortune. ¶ Accidentia non pretermittat. nā aliquotiens ipsa suam causam superant: & totam naturam preuaricant. & puertunt vt in primo ad glauconem. ¶ In practica oportet ꝙ sciat dietare pharmacare. nam sine istis nō perficitur chyrurgia: q̄ est tertiū instr̄m medicine. Un̄ Gal. in introductorio: sicut pharmacia idiget dieta & chyrurgia: sic & ipa chyrurgia idiget dieta & pharmacia. ¶ Sic ergo pꝫ ꝙ opꝫ ipsum chyrurgicū artificialr operātē scire principia medicine. Et cū hoc est decens ipm scire aliquātulum aliarum artium. Et hoc est quod dicebat Gale. in primo terapentice ꝯtra thesillum: si enim neq̄ geometria neq̄ astronomia: neq̄ dialetica: nec aliqua alia doctrina bonorum egerent medici: prompte coriarii carpentatores fabri etiam ceteri dimittentes artes suas currerent ad medicinam: & efficerentur medici. ¶ Secundo dixi ꝙ oportet ꝙ sit expertus: & viderit alios operari iuxta illud sapiētis Auēzoaris. Opꝫ vnūquēq̄ medicū prius scire. deinde vsum & experientiā hr̄e. & Rasis in q̄rto Almāsoris. & haliab. i. testō hyp. & hali. pmo theorice illud idē testāt. ¶ Tertio ꝙ sit igeniosus ac bōi igeniī sine iudicii. i. remēoratōis. & hoc dicebat haly

rodean tertio tegni. o pz medicuz esse bone rememorationis: boni iudicij: bone solertie: ac bone visionis: z sani intellectus cũ bonita te forme: vt supple q habeat digitos gracı les: manus firmas non tremulas: oculos cla ros zc. ¶ Quarto dixi opz q sit morigerat⁹: sit audax in securis timidus in periculis: ma las cura s fugiat: sit infirmis gratiosus: so cijs beniuolus: cautus in pnosticatione: sit castus: sobrius: pius z misericors: non cupi dus non extorsiuus. Sed fm laborem suum z facultatem infirmi: z qualitatem finis: z di gnitatem ipsius: salaria recipiat moderate.

¶ Conditiones que requiruntur in infirmo sunt tres. Primo q sit obediēs medico: velut seruus domino. Primo terap. q bene ↄfidat de ipso primo pronosticorum. Qd patientiā habeat in seipso: quia patientia vincit mali ciam: vt in alia dr scriptura.

¶ Conditiones assistentium sunt quatuor: primo q sint pacifici: gratiosi: fideles atq discreti.

¶ Conditiones extrinsecus venientiū sunt plures: que omnia debent ordinari ad vtili tatem infirmi: vt dicit Gal. in fine cōmēti af forismi preallegati.

Alterius finem imponendo isti caplo singulari ponē dus est modus z ordo istius operis. ¶ Pro pter qd est sciendum iuxta dictū Auer. in p mo colliget q artes practice inquantū sunt artes continent tria. Primū scire loca subie ctorū suorū. Scdm est ducere finē q̄siti in lo cum subiecti. Tertiū est scire instrā cū quib⁹ valeamus ducere illum finem in locis subie cti. ¶ Et ideo cum ista ars sit practicalis et operatiua de necessitate tractatus qui fiunt de ipsa in genere debent esse res: sed pter hoc vt magis specificetur erunt in isto opere septem tractatus. ¶ Primus erit de anatho mia z locis subiecti. ¶ Sed quinq sequētes erunt de modo inducendi finem quesitū in locis subiecti. ¶ Et septimus erit de instrīs cum quibus ducemus finem in locis subie cti. ¶ Habebit ergo iste liber septem tracta tus. ¶ Primus erit de anathomia. ¶ Secū dus de apostematibus. ¶ Tertius de vulne ribus. ¶ Quartus de vlceribus. ¶ Quintus de fracturis z dislocationibus. ¶ Sextus de omnibus alijs egritudinibus que non sunt proprie apostemata: nec vlcera: nec ossiū pas siones: pro quibus habetur recursus ad chy rurgicos. ¶ Septimus antidotarium. ¶ Et in quolibet tractatu erunt due doctrine: et in qualibet doctrina erunt octo capitula vel cir ca. z in quolibet capitulo erunt tria que liter tio terapeu. habet inquirere medicus dog matice sanatiuus scz notitiam rei: et causas a quibus indicationes curatiue sumuntur: z signa z indicia a quibus q̄ nō sunt possibiles z que possibiles perfici habentur: ac etiam curationem que cum quibus z qualiter ope ratur ostendunt: z talis erit in toto libro or do auxiliante deo.

¶ Rubrice totius libri.

Ad facilem inuentionem materierum de quibus tractatur in isto libro est vtile premittere rubricas tractatuum capitulorz toti⁹ libri ne abraso nomine litte re pagina muta videatur remanere: qd for te non est necessarium in scientijs speculati uis: vt Auerroys determinabat subtiliter.

¶ Rubrice primi libri.

In nomine domini misericordis incipit tracta tus primus istius operis: et est de anathomia continens duas doctrinas.

¶ Doctrina pma est de ana thomia membrorum communium vniuer salium z simplicium.

¶ Scda erit membrorum ppriorum z par ticularium ac compositorum.

Prima doctrina habet quinq ca pitula.

Secunda doctrina de anathomia membrorū cōpositorz z ppriorum continet capitula octo.

¶ Rubrice secundi libri.

Tractatus scd's: & est de apostematibus et exituris & pustulis. Cuius sunt due doctrine.

Prima doctrina quinque hz capl'a.

Secunda doctrina de apostematibus exituris et pustulis prout insunt membris compositis: continet capitula octo.

¶ Rubrice tertij libri.

Tractatus tertius & est de vulneribus. Cui9 sunt due doctrine.

¶ Rubrice quinti libri.

Tractatus quintus

est de algebra et extensione et restauratione fractorum ossium et ossium dislocatorum. Cuius sunt due doctrine.

Prime doctrine sunt octo capitula.

Secunda doctrina de restauratione dislocationum. Cuius sunt octo capitula.

¶ Rubrice sexti libri.

Tractatus sextus

de omnibus egritudinibus que non sunt proprie apostemata vel vlcera: nec vlcerum passiones pro quibus habetur recursus ad chyrurgicum. Et habet duas doctrinas.

Prima doctrina habet octo capitula.

¶ Rubrice septimi libri.

Tractatus. vij. qui antidotarium dicitur duas continens doctrinas.

Prima doctrina octo habet capitula.

Secunda doctrina de antidotis particularibus et appropriatis membris: et habet octo capitula.

In nomine dei misericordis. Incipit tractatus primus istius operis: et est de anathomia continens duas doctrinas.

¶ Doctrina prima est de anathomia membrorum communium universalium et simplicium.

¶ Doctrina secunda erit membrorum propriorum particularium et compositorum.

Doctrina prima habebit quinque capitula.

¶ De anathomia et natura membrorum universaliter. Cap. j.

Quoniam secundum Galenum medicorum lucernam in libro nono de utilitatibus particularum capitulo penulti. quatuor sunt commoditates scientie anathomie. Una utique et maxime ad dei potentie demonstrationem. Secunda ad particularum patientium dignotionem. Tertia ad futurarum dispositionum corporis pronosticationem. Sed quarta ad egritudinum curationem: pro tanto necessarium est et utile cuicunque medico prescire ipsam anathomiam. Et hoc est quod ipse Gal. dicebat in principio libri sectarum seu interiorum medicorum. Non solum iuvenes sed etiam antiqui studeant cognoscere particulas et passiones ipsarum: quia curam oportet diversificare secundum differentias ipsarum. Et licet ea que incidunt sensibus aperte cognoscantur: quecunque vero in profundo occultata sunt viro indigent exercitato in anathomia et actibus et utilitatibus ipsarum: et ab illo loco sumitur principium totius curationis. ¶ In primo inquit libro membrorum dolentium est inventum quod medicus debet esse sagax in notitia membrorum venientium in quolibet loco. Et si hoc est utile phisicis: multo magis immo necessarissimum est chyrurgicis iuxta doctrinam ipsiusmet in sexto terapen. qui in arabica translatione de ingenio sani nuncupatur. ¶ Chyrurgici ignorantes anathomiam peccant multotiens in incisionibus nervorum et colligationum. Sed tu naturam uniuscuiusque particularum scies. Adhuc autem positiones et plasmationes: quam habent in toto corpore et secundum unumquodque membrorum quando contingit in eo fieri plagam aperte cognosces si nervus est incisus vel non seu colligatio. Quod henri. de hermondavilla in primo lib. chyrurgie sue per rationem sic deducit. Omnis artifex tenetur scire subiectum in quo operatur: aliquando operando errat. Sed chyrurgicus est artifex sanitatis corporis humani: ergo tenetur scire naturam et compositionem ipsius. et per consequens anathomiam. ¶ Confirmatur per simile: quia eodem modo operatur cecus in ligno et chyrurgicus in corpore: quando anathomiam ignorat: sed cecus scindens lignum sepissime: immo quasi semper errat accipiendo de ipso plus quam debeat vel minus: ergo similiter chyrurgicus quando anathomiam ignorat. Ad instar enim sunt tales malorum coquorum de quibus dixit. G. in secundo terapen. qui non secundum articulos incidunt: sed terunt quassant et divellunt. Sequitur ergo quod necessarium est medicis precipue chyrurgicis scire anathomiam. ¶ Et quamvis esset eis necessarium scire cum anathomia actus et utilitates membrorum que sunt tres radices et elementa totius medicationis: ut primo interiorum convenienter deducitur parcendo longitudini et confidendo quod de ipsis complete tractaverunt Gale. in. 17. tractatibus de utilitate particularum: quia tractatus alios quindecim quos ipse fecit: et de curatione et anathomia: ut haliab. in fi. tegni. testificatus est adhuc translatos non habemus. Et haliab. prima parte libri de dispositione regali sermone. 2. et 3. et Avi. in suo can. li. primo. non tamen ponitur hic nisi grossa et materialis anathomia que dirigere possit chyrurgicum operantem in incisionibus et reductionibus membrorum. ¶ Est autem anathomia recta divisio et determinatio membrorum corporis cuiuscunque precipue corporis humani: quia de illo est intentio tota istius artis. Et dicitur ab ana quod est rectum et thomos quod est divisio quasi recta divisio. Anathomia inquiritur dupliciter: uno modo per librorum doctrinam qui modus licet sit utilis: non est tamen sufficiens ad enarrandum ea que solum sensibus cognoscuntur. primo de utili. capi. 8. Et hoc est quod Auer. dicebat primo colliget. ¶ Et nos non abbreviavimus loqui de anathomia nisi propter hoc quod imaginativa est brevior in istis

⁊ parua comparatione earum rerum que exi
stũt in ipa. Alio mõ p corpor mortuor expe-
rientiam. Experimur autem in corporibus
nouiter mortuis per decollationem vel suspẽ
sionẽ: anathomiã ad minus membrorum of
ficialium interiorum carnis musculorum et
cutis ⁊ multarum venarum atqȝ neruorum:
precipue quantum ad originem fm qd tra
ctat Mundinus bonoñ. qui super hoc scri-
psit ⁊ ipsam fecit multotiens: ⁊ magister meꝰ
Bertucius per hunc modum situato corpo-
re mortuo in bãno faciebat de ipso quatuor
lectiones. In prima tractabantur mẽbra nu
tritiua: quia citius putribilia. In secũda mẽ
bra spiritualia. In tertia membra animata.
In quarta extremitates tractabãtur. Et fm
concordationem sectarum in quolibet men
bro videnda erant nouem. s. compositio: sba
cõplexio: quantitas: numerus: figura: colligã
tia: actus atqȝ vtilitates: ⁊ que sunt egritudi
nes que in ipso possunt contingere quibus
per anathomiam in dignoscendo prono-
sticando ac etiam curando medicus possit
auxiliari. ¶ Experimur etiam in corpori
bus desiccatis ad solem aut consumptis in
terram: aut eliquatis in aqua currente: aut
bulliente anathomiam saltem ossium carti-
laginum iuncturarum neruorum grossorum
thenantuz ⁊ colligationum. Et per istos mo
dos in corporibus hominuz asinorum ⁊ por
corum atqȝ aliorum multorum animalium
ad noticiaz peruenitur anothomie ⁊ p alias
picturas sicut fecit henricus predictus: qui
cum. xiij. picturis visus est anathomiam de
monstrare. ¶ Qd autez sit corpus humanũ
qr de illo fit sermo in tota medicina. patet q
est vnum totum ratione decoratum ex mul-
tis ⁊ diuersis membris seu particulis cõposi
tum. Membrum autẽ seu particula fm. G.
in primo de vtilitate particu. est quoddã cor
pus quod omnino non est separatum nec al
teri coniunctum. Et dicitur ibidem q quedã
sunt maiores: quedam sunt minores et hec
quidez in aliam speciem diuisibiles. Et hoc
est quod Auicenna. per alia verba dixit i suo
canoñ. lib. primo q membra sunt corpora q
ex prima generantur humorum cõmixtiõe.
Et sequitur q mẽbror quedam sunt simpli
cia quedam composita loquendo de simpli-
ci ⁊ composito vt medicus considerat large.
Simplicia vero sunt consilia que nõ sunt in
aliam speciem diuisibilia: immo quancunqȝ
partem sensibilẽ recipis erit cõicans toti no-
mine ⁊ ratione: ⁊ sunt. x. vez cartilago: os: ner
ui: vene: arterie: panniculi: ligamenta: chor-
de cutis: atqȝ caro: ⁊ cum eis numerabũt pin
guedo ⁊ pili ⁊ vngues: q lȝ non sint membra
sed superfluitates habent tñ vtilitatẽ quan
dã ⁊ gñationem vt mẽbra: sicut in scdo tegni
innuebat. Et istor quedã sunt sanguinea:
quibꝰ est re generatio et ɔsolidatio: qr a san-
guine gñant vt sunt caro ⁊ pinguedo: quedã
aũt sunt spermatica: qr a spmate hñt ortuz:
quibus non est regeneratio ⁊ ɔsolidatio ve-
ra vt sunt ossa ⁊ oia alia mẽbra a predictis.
¶ Et propterea membrorum simplicium: q
dam sunt calida ⁊ humida: quedam frigida
⁊ humida: quedaz frigida ⁊ sicca. Calida au
tem ⁊ sicca non dicuntur aliqua membra: qr
vltra naturam cutis ad quam comparãtur
omnia non inuenitur aliquod membrũ sim-
plex calidius ⁊ siccius ipsa. Cutis enim est
media non solum humanarum particula-
rum: sed etiam totius substantie generato-
rum ⁊ corruptorum fm Gal. secundo de com
plexionibus. capitulo vltimo. ¶ Calida et
humida membra dicunt sanguis saltim ma
terialiter. Spiritus ⁊ caro ⁊ humiditates na
turales incedunt ista via: vt dicit Auer. secũ
do sui colliget. ¶ Frigida ⁊ hũida sunt fleg
ma adeps seu pinguedo atqȝ medulla.
¶ Sed frigida ⁊ sicca sunt fm suos gradus
reliqua omnia vt os cartilago pili chorde li-
gamenta nerui vene atqȝ panniculi: ⁊ hec est
pelagus in quo non licet medicum nauiga-
re. Conueniens autem est medico recipere
complexiones ipsorum membrorum a phi-
losopho naturali. ¶ Composita mẽbra sunt
que a predictis simplicibus seu consimilibꝰ
componuntur: ⁊ ideo etherogenea sunt ⁊ di
uidi possunt in alias species: qr in membris
consimilibus: ⁊ quelibet pars ipsorum nõ ser
uat rationem totius: vocantur autem orga-
nica ⁊ instrumẽtalia: qr sunt anime instrumẽ
ta: vt manus facies cor ⁊ epar. Propter quod
Gal in scdo de vtilitate particularum caplo
finali. Natura idoneos ad anime mores ⁊ v
tutes corporis vniuersas cõstruit particulas
Et istorũ quedam sunt principalia: qdam nõ
principalia. Principalia sunt cor ⁊ epar cere-
brum ⁊ testiculi. Nõ principalia sunt omnia
alia ⁊ istorum quedã sunt minora vt oculus
nasus manus: qdam maiora: vt caput facies
colluz homoplata: ⁊ cetera octo que quãtũ
est de pñti totũ corpus diuidit gra chyrurgi
calis doctrine. ¶ Et lȝ pdicta mẽbra orgãica

sint ex pluribus composita gratia actionis et passionis ipsorum cum debita qualitate ꝛ quātitate ꝛ vniuersa plasmatione: vna tñ simplex ꝛ consimilis inter ipsas est ꝑncipiū totius actus. reliqu e. vero sunt gratia vtilitatis. Quedam quidem vt melius actus fiat Alie vero sine quibus non erat possibile eū fieri. Alie autem ꝑ custodia omnium harū create sunt: put hec deducuntur in manibꝰ in primo ꝛ scd̓o de vtilitate particularum: ꝛ per ꝯñs in sequentibus libris in oībus alijs membris: ita ꝙ tu intelligas vt dicit in quarto ƀm Ari. nullum corpus esse ociosum nec frustra: sed esse factum ƀm necessitatem cum conuenienti cōpl'one ꝛ cōpositione diuersas quasdam a creatore largitas virtutes. Que quidem sortiuntur in cōpositis membris ex simplicibus sicut in simplicibus ex elementis. ¶ Cor em̄ qd̓ est primum membrū organicum ex ligamentis ꝛ panniculis: ꝛ ex carne dura lacertosa: ex quibus cōpositum est dꝛ esse siccum ex multitudine spūum existentium in eo: qꝛ est sicut clibanum igneum totius corporis: dꝛ esse calidum. Arguunt em̄ medici cor esse calidū ꝛ siccū: phisici tñ: qꝛ est principiū vite eū forte dicūt esse temperatū aut ad calidum ꝛ humidum esse decliue.

¶ Sed id qd̓ videt̃ de epate ex sui essentia ē ꝙ sit calidum ꝛ humidū: qꝛ maior pꝰ suarū partium est carnosa sanguinea: ꝛ cum hoc ad ipsum mittuntur multe arterie. ¶ Et cerebrum est frigidum ꝛ humidum: lꝫ habeat subām medullosam dꝛ tñ a medulla: qꝛ est ab humoribus: cerebrum a spermate: ꝛ dicitur cal'm ƀm naturam: in scd̓o de partibꝰ aīalium. ¶ Sed splen ꝛ renes ipsi etiam sunt de membris calidis ꝛ humidis: Quis renes sint sub splene in gradu: propter grossitiem sanguinis qui stat in splene: sicut splen est ī hoc gradu satis inferior epate ¶ Et caro pulmone ponitur minus humida pinguedine: qꝛ non effunditur cum calefit ƀm Gale. vbi supra. Calida etiam dicitur esse: quia nutritur subtiliori sanguine sibi a corde transmisso: vt ipē idē Gale. dicebat quarto de vtilitate: ꝛ ita per consequens est. sillogizandum de complexionibus aliorum membrorum compositorum: ꝙ est talis complexionis qualis resultat ex aduenientibus et componentibus ipsa.

¶ De anathomia cutis ꝛ pinguedinis carnis atqꝫ musculorum. Capitulum. xj.

Rcipiendū est a cute: qꝛ illa primo occurrit in faciendo anathomiaꝫ Est aūt cutis coopertmētūꝫ corporis ꝛ ex filis neruorum venarū ꝛ arteriarum ꝯtextū ad defensionem ꝛ largitionem sensus creatum. Cuiꝯ due sunt spēs: quedaꝫ cooperit membra extrinseca: ꝛ illa ꝑprie dꝛ cutis. Et istius vndecimo de vtilitate capl'o. 5. notant̃ quinqꝫ differentie. Alia cooperit intrinseca membra: ꝛ illa ꝑprie panniculus dꝛ: vt celle cerebri ꝛ periocraneum cooperiens craneūꝫ ꝛ reliqua corporis ossa: pleura siphac precordium cordis ꝛ oīm alioꝝ viscerum panniculi. ¶ Pinguedo sequitur post: ꝛ est vt oleum calefaciēs ꝛ humectans membra. Cuiꝰ sunt due species: quedam extrinseca iuxta cutem que ꝑprie adeps nuncupatur: quedā intrinseca iuxta ventrem ꝛ renes que axungia ꝑprie dꝛ. ¶ Consequenter occurrit caro: cuiꝰ sunt tres species. s. caro simplex ꝛ pura que pauca est: ꝛ solum reperitur in capite virge ꝛ inter dentes. Alia est caro glandulosa seu nodosa: sicut caro testiculorū ꝛ mamillaꝝ atqꝫ emunctorioꝝ. Sed tertia caro est musculosa seu lacertosa ꝛ talis est multa ꝛ reperitur ꝑ totum corpus vbicunqꝫ est motus liquidus ꝛ electiuus. Musculus autem est organum motus liquidi ꝛ electi in de vtilitate particularum: ꝛ in de motibus liquidis ꝛ manifest̃ per totum. ¶ Et lꝫ musculi quantum ad sensum sint membra simplicia: sunt tñ ƀm veritatem composita ex neruis ꝛ ligamentis ac eorum villis carne implente ꝛ panniculo cooperiente: ꝛ ita vult Aui. in primo lib. canoñ. sui. Musculus ꝛ lacertus idem sunt. sed dicitur musculus ad formam muris: ꝛ lacertꝰ ad formam lacerti. Sunt enim ista animalia ab vtraqꝫ parte gracilia ꝛ longa saltim versus caudam: in medio enim grossa ita ꝛ musculi siue lacerti. Non obstante henrico qui videtur inter ipsos differentiam assignare.

¶ Unde notandum iuxta intentionem Gal'. per totum de vtilitate particu. ꝙ postqꝫ musculus compositus est: vt dictum est ab ipso descendunt chorde ꝛ ligamenta rotūda: ꝛ dū veniunt prope iuncturas dilatantur ꝛ ligāt in circuitu iuncturaꝫ vna cum panno cooperiente ossa ꝛ mouent eaꝫ: ꝛ quando exiuerūt iuncturam iterum rotundantur ꝛ reducuntur in chordam: ꝛ cuꝫ carne faciunt aliū musculum ꝛ ab illo iterum exit chorda et liga-

men:tum ⁊ dilatantur ⁊ ligant in circuitu iun
cturam sequentem ⁊ mouent eam: ⁊ ita non
cessat vsqꝫ ad extremas particulas: ⁊ fm hoc
semp musculus antecedit iuncturam sequen=
tem ⁊ mouet eã: ⁊ membrũ qd mouet: ⁊ hoc
hoc declarat in brachijs. Nerui q̃ a nucha
colli delegantur ad brachia accipiũt formã
musculi in collo ⁊ pectore. Deinde veniẽdo
ad iuncturam spatule proijcitur chorda ⁊ di
latatur ⁊ comprehendit totam iuncturam ⁊
implantatur in osse adiutorij ⁊ mouet ipsuꝫ.
⁊ quando exit de iunctura humeri ad duos
vel tres digitos rotundat ⁊ reducitur i chor
da: ⁊ cum carne ⁊ ligamento quod exit a ca=
pite ossis spatule facit musculos supra me=
dium adiutorij de quibꝰ exit chorda que ad
tres digitos de cubito ampliatur ⁊ compre=
hendit totum cubitum ⁊ mouet brachiũ par
uum. Et post alios tres digitos rotundatur
⁊ reducitur in chordam: que ingreditur cuꝫ
ligamento qd exit a cubito ⁊ carne facit mu=
sculos supra mediũ brachij dicti de quo exit
chorda que ad tres digitos de iunctura ma
nus parue ampliatur ⁊ apprehendit totam
iuncturam manus dicte ⁊ post rotundatur
⁊ ingreditur musculus in medio manus de
quo chorde mouentes digitos exeunt.
¶ Ex quibꝰ apparet ꝙ vulnera que sunt ad
tres digitos prope iuncturas sunt periculo=
sa: quia chorde neruose ibi sunt denudate a
carne ⁊ apparentes: quorum punctura spas
mi est generatiua: ⁊ per consequens mortis
inductiua fm Gal. in tertio tegni ⁊ q̃rto ter=
rapẽ. ¶ Lacerti siue musculi auctoritate ha
liab parte prima sermone tertio de regali di
spositione differunt quinqꝫ rebus. quantita
te: figura: positione: compositione: atqꝫ chor
darum origine. ¶ Unde. G. in sexto de vti. q̃
tuor sunt positiones musculorum. recta: trãs
uersa: ⁊ due obliq̃. sunt enim om̃es musculi.
531. fm Aui. lib. j. de anathomia musculoꝝ.

¶ De anathomia neruorum ligamentoruꝫ ⁊ chordarum. Cap. iij.

Uia musculi ex neruis ligamentis ⁊ car=
ne componunt post anatho
miam carnis musculose de
ipsis est dicenduꝫ. ¶ Neruꝰ
est membrum simplex ad tribuendum cete=
ris partibus sensum ⁊ motum creatuꝫ. Et ꝓ
pter hoc Gale. in quarto de vtili. cap. finali
dicebat tres sunt intentiones nature distri=
butionis neruorum. vna quidem gratia sen
sus in sensitiuis organis. Alia vero motus i
motiuis. Alia vero in omnibꝰ alijs ad digno
tionem tristantium. Et bene dicit sensitiuis
qꝛ ad cartilagines neqꝫ ad ossa neqꝫ ad mul
tas carnes glandulosas non implantantur
nerui. Ad dentes vero implantari videntur
vt dicebat in sexto libri allegati. Nerui eniꝫ
omnes a cerebro per se vel per nucham ipsiꝰ
vicariam oriuntur vel manifestantur: et in
hoc conuenit communis schola philosopho
rum ⁊ medicorum. vnde nerui qui oriuntur
a parte anteriori cerebri tales sunt vt pars il
la molliores ⁊ ad dandum sensuꝫ promptio
res. Quidaꝫ vero a posteriori parte a nucha
que descendit ab eo ⁊ tales sunt duriores et
admodum manifestiores.
¶ Utrum autem sensus ⁊ motus ferantur
per vnum neruum aut per diuersos. Gal. vi
detur tenere in primo de interioribus ⁊ quar
to de morbo. ꝙ aliquotiens per vnum: ali=
quotiens per diuersos. Et hoc idem tenet
schola nostra montispessulani difficilis est
materia. Et difficilius est inuestigare vtrum
predicta deferantur substantialiter aut radi
caliter: quare melius est eam obdormire.
¶ Quicquid sit septem sunt paria neruoruꝫ
que immediate oriuntur a cerebro. ⁊ xxx. q̃
per medium nuche ⁊ vnum sine comite: qui
oritur per finem ossarij: vt ponit haliab. ser=
mone secundo partis prime libri regalis dis
positionis.
¶ Ligamenta sunt de neruorum natura ab
ossibus tamen oriuntur: quorum sunt duo
modi: quedam ligant ossa ab intra: quedam
ab extra ligant totam iuncturaꝫ: ita dicebat
G. 12. de vtil. c. primo. Ossium articulatio in
circuitu comprehenditur ligamentis fortibꝰ
⁊ remissiuis.
¶ Chorde se tenentes quod idem est sunt
etiam de natura neruorum ⁊ magis: nã sicut
ligamẽta sunt media inter neruos ⁊ ossa: ita
⁊ ista inter ligamenta ⁊ neruos a musculis
oriuntur ⁊ a neruis suscipiunt sensus ⁊ mo=
tus quibus moueantur membra. Et vt di=
ctum est licet sint rotunda dum exeunt mu=
sculos ampliantur dum veniunt ad articu=
los: situantur enim in circuitu membri: ita
ꝙ intrinseci trahunt membrũ: extrinseci ꝓ
ipsum extendunt. Est tñ ꝙ qñ vnus trahit
ꝙ alter relaxatur: ⁊ ideo per incisionem ex=

trinsecam perditur flexio: per intrinsecã extensio: ita ponit Gal. in primo & .12. de vtilitate particularum.

¶ De anathomia venarum & arteriarum. Capitulum. iiij.

Licet vene & arterie s̃m intentionem Gal. in .16. de vtilitate particularum differant q̃tum ad principia: quia vene oriuntur ab epate: arterie a corde: & in aliquibus locis separatur vena ab arteria: vt in manifesto brachiorum & in rete mirabili: arteria tñ nulla reperitur sine vena: quasi in residuo corporis cõionem habẽt & distributionem sil'em: & ꝓpter hoc de ipsis sufficit chirurgico insimul facere sermonem & ita fecit Gal. in loco p̃allegato. ¶ Quid autem est vena: q2 locus sanguinis est nutrimẽtalis. ¶ Quid aũt arteria: q2 loc⁹ sanguinis sp̃ualis: notũ est apud oẽs. ¶ Ista autẽ vasa postq̃ orta sunt a suis principijs bifurcant & vna ptendit supius & alia inferius: & q̃libet pars ramificatur: & ramificando deducit ad extrema corporis ad nutriendum & viuificandum membra vniuersa. ¶ Particulares vene que sui magnitudine emorosagie piculũ inferunt: dicentur in anathomia magnorum membrorum.

¶ De anathomia ossium cartilaginum vnguium & pilorum.. Cap. v.

Ultimo anathomizãtur ossa: q2 illa sunt in ꝓfundo corpor'. vñ ossa sunt particule duriores totius corporis: & sunt fundamentum & sustẽtaculum oim aliarum particularum. Est tñ q2 cum hoc aliqua sunt ad custodiã & tutelam particularũ interiorum vt craneum pectus atq3 dorsum. ¶ Sunt enim ossa in corpore nostro postq̃ fuerint bene cõputata s̃m Aui. p° canoñ. sui. 248. p̃ter sisamiã & os laude in quo fundatur lingua. ¶ Ossa corporis recipiunt diuersitates penes numerum & formam materie. Quedã rõne sui. Alie rõne iuncturarum in se hñt diuersitatem: q2 q̃dam sunt medullosa: quedã nõ hñt ipsam. Item q̃dam sunt recta: q̃dã tortuosa: quedã etiã sunt magna: quedã pua. ¶ Oia et ossa grossiora sunt apud iuncturã q̃ circa mediũ rõne iuncturarũ hñt diuersitates: q2 quedã hñt additiones intrantes: q̃dam vacuitatẽ recipientes: quedam vtrũq3: q̃da3 neutrum. ¶ Que aũt hñt additiones & vacuitates dictas: q̃da3 clauales vt dẽtes: q̃dam serratiles vt craneum: quedã nodosas in vtroq3 capite vt vlna & coxa: q̃dã foueales vt focilia: q̃dam vtrũq3 vt digiti. Que vero carent vtroq3 iunguntur solidatiue: & talia habentia tales rotunditates & foueas ꝓprie faciunt iuncturam: quibus accidit dislocatio: alijs vero separatio.

¶ Cartilago quasi est de natura ossis: & tñ ipso mollior & est facta ad defectũ ossis supplendum vt in palpebris naribus & auribus & vt melior fiat coniunctio ossium cum vicinãtibus vt in thorace & in anchis & in extremitatibus ipsorum ne in motu cassarentur.

¶ Ungues sunt facte in extremitatib⁹ membrorum ad melius capiendum.

¶ Pili vero sunt facti ad decorandum & purgandum.

Doctrina. ij. De anathomia membrorũ compositorum & propriorum.

¶ De anathomia olle capitis & partiũ eius. Capitulum. j.

Expedita anathomia mẽbrorum simplicium est toti corpori cõium veniendum & ad anathomiam mẽbrorum cõpositorum & singlariũ. Et lz sic dictũ est q̃dã sũt maiora q̃dã minora nihilomin⁹ anathomia ipsorum tractabit in .8. capitulis s̃m diuisionem particularium maiorum. scdo q2 talis diuisio sensibilis est magis manifesta: & cum hoc modus medicandi variatur s̃m ipsam. ¶ Incipietur tñ hic a capite precipue a cerebro & ab olla continente ipsum propter hoc: q2 ipsum locus & habitatio rationalis anime existit: vt ip̃emet G. dixit in de vtilitate parti. lib. 9. ca. 4. & p° de custodia sanitatis. c. 9. Idem habetur. iij. interiorum. & in cõmen. 3. regiminis acu.

¶ Circa ollam capitis & partes ipsius inq̃rẽda sunt illa nouem que dicta sunt superius p cõmen. alexandrinũ in lib. sectarum q̃ req̃runtur in quolibet mẽbro. s. iuuamentum: positio: colligantia: quantitas: figura: subst̃atia complo: numerus partium: & egritudines.

¶ Olla capitis s̃m ph̃m dicitur pars capillata in qua membra animata continentur: & in hoc apparet ei⁹ iuuamẽtũ. ¶ Ei⁹ em̃ positio

Pustule male et corrupte sanguinee: vt dictum est: sunt oēs q̄ in sua eruptione dimittunt escarā. Ex quo apparet q̄ lz forūculus sit paruꝰ flegmō non ppter hoc est pustula mala corrupta: qr in sui eruptione nō facit escarā. Curat etiaz et maturat facta flebothomia cū frumēto masticato et dyaquilone: et mundificat cum melle cocto: et sarcocolla. vt ponit Ras. q̄ ipsuz vocat carbunculū. Sunt em̄ tales pustule que dimittunt escarā fm. G. in. 14. terapē. ex sanguine grosso ebulliente et putrefaciēte: q̄ dū incipit ebullitio causa est carbūculi: et prune: et ignis persici siue sacri. Si vltra protēditur et per ebullitionem adipiscatur venenositatem est cā antracis. Si vltra q̄ finiatur ebullitio et putrefactio cā est cancrene et estiomeni. Sunt em̄ cancrene et estiomeni et carbūculi proprie flegmones in de tumoribꝰ preter naturam. ¶ Non ergo sunt dicte pustule ex mixtione et aggegatione humorū naturaliū vt dicebat Lanfrancus et henricꝰ: lz ipse hēricus in suis notabilibꝰ de hoc fecerit dubiū sed sunt de sanguine grosso bulliente in quo subtile et grossuz qd̄ in cholerā et melancholiam conuertuntur: sicut adhuc simul: et propter hoc dicebat Auic. q̄ sunt de cholera citrina et melācholia insimul mixtis differentibus fm magis et minus vt dicetur.

Est ergo carbunculus siue pruna siue ignis persicꝰ vel sanctus: que quasi pro eodem accipit Auicen. pustula flegmonica mala vesicās et comburens locum in quo est nigra seu cineritia cum rubedine obscura: et dolore versuto: et ardore et vesiccatione in circuitu: ex qua euenit qn̄ rumpitur escara: qualez facit accidere cōbustio et cauterium.
¶ Cuius causa est grossus sanguis semibullitus et putrefactus a quo non fuit adhuc separatum grossum et subtile.

Signa carbunculi incipientis sunt rubor fusciditas citrinitas durities dolor et calor: et incendiū acuitas et prauitas forme ad modum ciceris: velocitas augmenti vesicatio in circuitu: et quando maturatur videtur caro mortua: et escaralis q̄ fortitiē emittit viscosam: ac si essent radices q̄dam: et aliquotiens erumpitur in multis locis: et post reducitur ad vnum et c. Carbunculi non sunt negligendi: qr in parte sunt venenosi. Carbunculi lz a principio non sunt vlcerati terminantur vt plurimum ad vlcera. Et ideo tractatus vlcerum in ipsis habet locum. carbūculi sequūtur pestilentiam.

Cura carbūculi tres habet intentōes prima vitam ordinat. scda materiam antecedentez adequat: sed tertia materiam coniunctam regit et gubernat.
¶ Prima intentio cōpletur cum debita administratione sex rerum non naturaliū cum suis annexis fm formā datam in flegmone: nisi q̄ oportet q̄ magis declinent ad tenuitatem et infrigidationem et humectationem eo qr ad ipsos plurimum sequuntur febres. Et propter hoc subtrahantur vinum et carnes: vtatur lactucis: portu. et granatis: et oibꝰ acetosis. Et si necesse sit detur brodiuz pulli cū lactucis: et agresta alteratum.
¶ Scda intentio completur cū flebothomia primo a parte contraria. deinde quando locus incipit alterari ad nigredinē de pte eadem. ¶ Sed tertia intētio cōplet ante vlcerationē cū mixtis refrenatiuis et euaporatiuis materia retrocedat: neq̄ etiā irritet: et ad hoc laudat p. G. i. 14. terap. emplm de arnoglosa: et ipsum accipit Aui. Cuiꝰ forma est. R. arnaglose lentiū panis furfur. an̄. coquant cum aqua donec liniant: et applicent supra locū: et in circuitu Aui. cum eo addit gallas: et credo q̄ si subtilis sanguis magis apparet q̄ grossus laudabiles essent. ¶ Et emplz de duobꝰ granatis coctis cum aceto: aut aqua acetosa. aliud idez. ¶ Remissa aliqualiter furiositate. Emplm Aui. de ficubꝰ et vua passa et nuce et farina ordei coctis cum vino ad maturandū et ad rumpendum esset bonum.
¶ Facta eruptione mundificetur cum succo apij: et melle: et farina coctis: et post more aliorum vlcerū cum dyaquilone consolidetur.
¶ Unguentum tamen de bolo ar. oleo et aceto semper in circūferentijs ponatur.
¶ Si vero locus incipiat maliguari et corrūpi scarificetur circunquaq̄: et lauet cuz aqua salita: et vlcus cum trociscis calidicon dissolutis cum vino desiccetur: et escara mundificetur cum emplastro dicto de apio: aut de butyro et regimine antracis: et vlcerum putri-

dorum curetur.

Antrax scdm Guil. de saliceto nihil aliud est q̄ carbūculus malignatus. Materia nāq̄ antracis est sanguis grossus & ebulliens tm̄: q̄ ꝓpter suam ebullitionem adeptus est venenositatem. Dicitur autem bona buba per antifrasim: q2 pessima: periculosissima: & deriuatur ab ātra qd est cor q̄ semper appetit cor.

Signa antracis scdm henricum sunt signa carbunculi augmentata cum varia venarū in circuitu coloratione ad modum yridis: & magna membri in q̄ est ponderatione: ac si esset ligamentis ligatū cum magnis & intolerabilibus angustijs et caloribus cum ꝓstratione appetitus & nausea: & cordis pulsu cum magna defectione.

¶ Antrax ex tota natura est egritudo acuta & piculosa: q2 de materia multum venenosa pestilentiali & contagiosa. Et deterius corū est scdm Aui. qd accidit in emūctorijs & vicinitate membroꝝ principalium: timendū eniz est de reditu materie. ¶ Et oīs pustula male venenosa q̄ postq̄ apparuit retrocedit ē mortale: & maxīe si apparuerit mala signa. ¶ Et qñ accidentia sunt vehementia est signum malum. Si vero accidentia remittantur & quietētur est signum bonum. ¶ Et faluius mortalium: vt dicit Aui. est illud qd est rubeum demum & citrinum. ¶ Ex eo vero qd ad nigredinē declinat nullus euadit. Antraces eñ in pestilentia multiplicantur.

Cura antracis quatuor hz intētiōes Prima vitam ordinat: secunda confortat cor: tertia materiam antecedētem euacuat: sed quarta materiam coniunctam extrahit & gubernat.

¶ Prima cōplet̃ cū debita admĩstratiōe sex reꝝ nō naturaliū. Ordinet̃ ergo sibi mansio luminosa & vociferet̃: & parū ꝑmittat̃ dormire: & alia ordinent̃ scdm qd fuit dictū in carbūculo: nisi q̄ magis subtiliet̃ regimē: dietetur sicut dietantur hñtes fe. pestilētialē. Sufficit eñ ptisana & aqua cum zuc. ros. lac amigdalarū ordeatum vsq̄ ad quartum vel quintū diem: mala granata arancie limones & oīa acetosa sunt ꝓ ipso. Et si est necesse det̃ brodiū pulle alteratū cū aggresta & lactucis.

¶ Secunda res completur cum administratione bone & probate tiriace in q̄titate vni᷒ fabe: & distemperate cum aqua scabiose: aut decoctionis eius: aut cum aqua ro. buglosse. si feb. est multum acerba & sit eius admĩstratio si est possibile per sex horas post cibum: & non comedat de totidē horis. Et dico possibile: quia in tiriaca necessitas non habet horam: vt Auenzoar in principio thesau. In tāto enim tempore vel circa cōiter celebrat̃ digestio prima. Auenzoar tñ in tiriaca cōcedit septem horas & plus. Auer. vero nouem. Et totum hoc est scdm medietatem temporis totalis digestionis que est. 16. horarum scdm antiquum preceptum q̄ in duobus diebus ter corpus reficiatur: licet scdm Aui. termin᷒ more cibi in stomacho sit a duodeciz horis vsq̄ ad. 22. qd de toto stomacho & intestinis intelligendum est. vt dicit Albertus bonoñ. Rō ꝑ dictoruz est: q2 nullum pharmacosum dz misceri cum cibo: generatur enim inquietudo & dolor: vt dicit Auenzoar. vbi supra. Tiriaca autem non solum est pharmacosum: sed etiam in medio naturarum patientium corporum & ledentium ea pharmacorum q̄nq̄ simplicium quod non proprie: sed silitudinarie est intelligendum. Et redeundo ad ꝓpositum emplet̃ur sibi cor ab extra cum rosa: viol. floribus buglosse: & sandalis oibus atq̄ corticecitri. Et si feb. concedit addatur modicum de melissa et maiorana: atq̄ de croco & scarlatum tinctum in grana: in hoc hz magnum locuz tormentilla & herba tunici loco tiriace laudatur ꝑ Arnoldum.

¶ Tertia res completur cum flebothomia eiusdez partis: aut cum ventosis & scarificationib᷒: si etas non tolerat.

¶ Sed quarta res cōpletur cum infrigidantibus & ꝓhibentibus in circuitu & nō sup̄ ne materia retrocedat: vt ē vnguētū de boloar. siue oleo ro. aut mirtino cū aceto mixtum: supra locū apponant̃: extrahētia materiā: et. si nō cū alio saltim cū ventosis aut suctionibus succurrite diligēter vel cū diligētia: q2 egritudo est q̄ paucas dat inducias. Ad vltimas eñ egritudines vltime curatiōes sunt necessarie ad ꝑfectionem. Ego eñ aliquotiēs fui coactus cum cauterio actuali ipm extirpare: immo audiui q̄ cū morsu alicui᷒ vilis ꝑsone remouebat̃. Scarificet̃ et in circuitu & ebrocetur cuz aqua calida salsa vt sanguis exeat & non coaguletur: aut corrosiuum apponat̃ & arsenicum in hoc obtinet principatum.

¶ In loco vero in quo aliq̄s daret inducias maturet̃ & aperit̃ cū ficubus & fermēto atq̄ sale insimul mixtis: vt ponit Aui. post scdaz aut tertiā appositionē hui᷒ empli locus solet apparere tot᷒ niger & apert᷒: & ex tūc mūdificet̃ cū mūdificatiuo de apio: vt i carbūculo fuit dictū. Et postea cū dyaquilone finiat̃.

¶ Medicamē de vitello oui cū sale sepe applicatū maturat et aperit antracem: vt dicit Theodoricus.

¶ preterea ad maturandum et rumpendu3 dictat Jamerius tales pultes. ℞. radicis apij ranarum scabiose rostri porcini ancipitres marubij: farine frumenti se. lini: mellis olei: axungie veteris coquantur cum vino et fiat emplastrum. ¶ Consolida quoqꝫ maior inter duos lapides cōtrita quodam diuino miraculo antracē liberat: et interficit ex toto infra vnius diei spatiū taliter: ꝙ postea non indiget nisi aliorū vlcerum cura. vt dicit Rogerius qd affirmat theodoricus.

¶ Illud idem accipiuntur quatuor magistri de scabiosa verbū notabile: ꝙ scabiosa in potu sumpta cū vino vel comesta interiora apostemata ad exteriora conuertit: et ea insensibiliter dissoluit.

¶ Illud qd ponit Henricus de probatōe antracis curabilis et mortalis. de bursa fellis porci fabule sunt Theodorici.

¶ In cura antracis respice curam carbūculi et estiomeni: q2 in medio eorū est: vt superius fuit dictum.

Estiomenus

l3 proprie non sit pustula: est tñ effectus pustularum: et ipsius cura est eis proportionaliter.

¶ Est eni3 mors et dissipatio mēbri: et ppter hoc dr̄ estiomenus quasi hoīs hostis cū putrefactione et mollificatione ad drīam lupi et cancri: q̄ dissipāt mēbrū cū corrosiōe et induratione. Nō ergo sunt idē: vt dicebat theodoricus et Lanfrācus atqꝫ Henric⁹. Estiomen⁹ vulgariter dr̄ ignis scti Antonij: aut scī Martialis. Estiomenus vocat̄ cācrena apud grecos. vñ in de tumore inter maximos flōnes est vocata cācrena mortificatio exñs patientis particule. Aui. tñ ponit drīam iter ipsam p maiorē et minorē mortificationem.

Cause

estiomeni et destructiōis vite in mēbris fit tripl'r. vno modo qñ membrū nō pōt recipere vitā sc3 vitā sibi a corde delegatā: ppter dissipationē cōplexionis: et armonie ipsius causatā a nimia frigiditate: vt i hyeme valida et indocta apatum infrigidatione: aut ab excellēti calidita te et venenositate accñtis et pustularum malignarū. ¶ Alio mō: q2 in mēbro vita recepta suffocat̄: vt in magnis apatib⁹: q̄ ita obturāt venas et poros cutis et spūs et carēs respiratione suffocat̄. ¶ Tertio modo: q2 vita non pōt venire a corde ad mēbrū: ppter ligaturā aut concussionē factam in via.

Signa

et iudicia sunt fm. G. vbi supra. primū quidē extinguit̄ color et floriditas q̄ adheret flegmonib⁹: deinde et dolor et pulsus ascenduut. nō cessante dispositiōe: sed mortificato sensu. Nigrū ergo membrū efficit̄ molle et putridum cū feto re cadauerali: et ideo cū premit̄ cū digitis facit foueā que non reuertit̄: imo quasi videt̄ cutis a carne separata.

¶ Estiomenus tante est ferocitatis ꝙ nisi cito succurrat̄ faciliter mortificatur q̄ passa est particula: et comprehendendo cōtinua interficit homines.

Cura

estiomeni tres habet intentiones. prima vitā ordinat: secūda materiā antecedentē adequat. Sed tertia locum corruptū et mortificatū regit et gubernat

¶ Prima cōplet̄ cum debita ordinatione rerum nō naturaliū declinantiū ad frigiditatē et tenuitatē. Cib⁹ ergo suus nuce panis sint lote cū aqua ordeatū auenatū cū lacte amigdalaꝝ brodiū pulle alteratū maxime si febricitaret vtat̄ lactucis: portulacis: pomis granatis: et alijs acetosis. Et ad ocēm euentu3 q2 fumi qui eleuant̄ a corrupto pñt inficere cor detur sibi thiriaca et alia cordialia admistrētur sibi fm ꝙ dictū est i pustulis supradictis

¶ Scđa itētio cōplet̄ cu3 flebothomia et sanguis mundificatiōe cū dyacaptolicon: et cassiafist. et tamarindis et lupulis fumoterre et polipodio: et talia q̄ sanguinē habent depurare: eo quia in istis corruptionibus semper est calefactio.

¶ Sed tertia intentio complet̄: eo mō quo dicit Auicē. Cum ergo inq̄t vides mēbri colorem alterari: tunc oportet ꝙ liniat̄ cu3 vnguento de boloarmeno: terra sigillata. et aceto. Si aūt illud non valet nō inuenies excusationē q̄n scarpellationē profundā facias in diuersis locis: aut sanguisugas apponas et venas paruas primas aperias: et locū cum aqua salita laues: vt sanguis grossus exeat et nō congeletur. Et pone super locum scarpellatum qd putrefactionem prohibet et resoluit vt est farina orobi: aut fabarum cū sirupo acetoso incorporata. et semp bis in die cum aceto calido laua.

¶ Postqꝫ autem calefactio et furia cessauerit vnguentum egyptiacum quod fit cum flore eris alumine melle et aceto equaliter mixtis et coctis desuper apponatur. prohibet enim et resoluit putrefactionem: et facit cadere quod est putrefactum; et conseruat il-

lud qđ sequit̃ ip̄m. ¶ Si aūt ꝑtransierit dispositio ⁊ incipit venire ad mollitiē ⁊ putrefactionē cauteriza: ⁊ separa corruptū a sano cū cauterio actuali: aut cū medicina caustica: vt sunt trocisci calidicō: aut andracaron: aut affodillorum. Et ad hoc melius et infallacius est ſm Theodoricū ⁊ henricum ⁊ me arsenicum sublimatum purū: aut correctū in puluere: aut cū vino dissolutū cū carpia: aut cotone desup applicatū p̄cipue inter sanū ⁊ corruptū. Et si necesse est post sepa modicū cū spatumine inter sanū ⁊ corruptū: facit em̄ sine dolore sistere egritudinē incontinenti. Modum aūt ipsi⁹ infra caplo de glandulis ⁊ de cācro ⁊ ruptura specificaui. postea ꝓcuretur casus escare cū butyro: aut aliquo vnctuoso. ¶ Et postq̄ ceciderit escara loc⁹ purificetur lauādo semp cū aceto ⁊ emplāstrādo ſm Guil. de saliceto cū tali emplo. ℞. mellis lib. ß. vitellorum ouorū crudorū triū vel q̄tuor in nūero farine or. li. ß. misceant̃: ⁊ fiat empl'z Et post duos vel tres dies vt melior fiat mūdificatio addātur huic emplo. ℥. x. mirrhe electe. ¶ Cū ergo est necessariū incidere mēbrū qr putrefactio nō cessat: ⁊ timet̃ q corruptio ad alia vadat mēbra: incidat̃ ⁊ serret̃: iuxta doctrinā inferi⁹ dicendā ⁊ cauterizet̃: qđ continet ip̄m: qr illud est tuti⁹. Quō aūt mēbrū corruptū ⁊ mortuū seruat̃ ne feteat dicet̃ dū de ꝯseruatōe mortuorum tractabit̃. Hec ē ergo q̄titas quā dicim⁹ hic inq̄t Aui. Et tu q̄dez inuenies in sermone cōi de vlcerib⁹ putrefactis: q te oportet addere huic caplo.

¶ De herisipilla: ⁊ apostematibus colericis. Capitula. iiij.

Licet flegma in gn̄atione humorum sequat̃ sanguis. Et post sanguinē de flegmate sit plus in corpe nihilominus qr apāta colerica ī multis ꝯuenisit cum sanguineis post flegmonē: ⁊ apāta sanguinea dicet̃ de colericis. Apāta colerica noie cōi noiant̃ herisipilla: qr adheret pilis ⁊ cuti: herisipilla em̄ cutis est ꝓpria passio: sicut flegmō carnis lz ꝯfirse extēdāt. 14. tera. ¶ Est tñ duplex herisipilla: herisipilla ṽa ⁊ nō vera. Uera herisipilla ex colera fit naturali abundāte: vt dictū est q̄ ꝓprie sanguis dr̄ subtilis: quā Aui. vocat spinā. Nō vera ex colera fit nō naturali quā formicā vocat Aui. vñ. G. 14. terap. herisipila duplicē hz dr̄iam: qr aut sine vlceratiōe: aut cum hāc fiens. ¶ Prior autem vniformis est ⁊ vocatur flegmon. Alia vocatur formica siue herpes. Illud etiam innuebat in de tumoribus preter naturā. Cum igit̃ peruenerit colericū reuma: qđ q̄dē certitudinaliter ē tale. i. purū: ⁊ sequestratū vlcerat cutē qđ vere est tenue ⁊ sanguini ꝯmixtū ⁊ nō sepatū magis in tumorē eleuat q̄ vlceret: horum aūt alter vocat̃ herisipilla. Alter ṽo herpes. In scđo etiā ad glauconē facit distincta capitula. primo em̄ determinat de formicis ⁊ herpetib⁹: deinde de herisipilla certa q̄ ex sanguine subtili fit. Est ergo herisipilla apā cholerica cū cū duplici dicta differētia p pri⁹ tñ dicit̃ de vna p posteri⁹ de alia. ¶ Colera autē est humor calidus ⁊ sicc⁹ ex subtiliori pte chili generat⁹. Et est duplex naturalis ⁊ nō naturalis: loquēdo de naturali duplr̃: vt dictū ē. ¶ Naturalis est humor calidus ⁊ sicc⁹ in substātia subtilis: ī colore rubicūdus declinās ad quādā citrinitatē in odore ⁊ sapore acut⁹. ¶ Nō naturalis est qui declinat ab isto infra terminos sue latitudinis quos si trāseat: nō est colera ꝓprie: sed alter humor. Qđ cōtingit dupliciter. vno modo p se ⁊ in se: alio modo per mixtionē. p se ⁊ in se duplr̃ vno modo qñ cholera naturalis putrefit ⁊ adurit̃: ⁊ talis dicit̃ adusta p putrefactionē. Alio modo qñ colera nō naturalis vitellina adurit̃ siue in stomacho: siue in epate: siue in venis: ⁊ efficitur praxina ⁊ erugiosa: q̄ sunt in vltimo malitie p admixtionē efficit̃ cholera innaturalis cū alter humor aduenit sibi deforis. Et hoc fit multiplr̃: vt si phlegma tenue admiscet̃ cum ea effict̃ cholera citrina: si grossum vitellina si melancholia adusta ꝯmiscet̃ efficit cholera adusta p admixtionem. ¶ Et sic sunt ſm Aui. sex species cholere innaturalis. sed ſm haliab. nō sunt nisi quatuor: qr de duabus speciebus adustis nullā facit mentionē. Ga. aūt in scđo de virtutibus nō ponit p̄ter naturā: nisi vitellinā: qr praxinā ⁊ eruginosam ex malis oleribus dicit generari in stomacho: aut ex aliqua mala dispositione in venis. in scđo ꝓnosticorum. ¶ Ex quibus apparet q ex cholera generātur quatuor species apostematum. primo ex cholera laudabili quā subtilem sanguinem vocāt generatur vnum apostema qđ certam vera herisipilla dicitur in secundo ad glauconē. Ex cholera illaudabili per admixtionem generātur tria apostemata. s. herisipilla flonides herisipilla vndimiades herisipilla sephyroides. Ex cholera illaudabili per adustionē generantur ſm

eius subtilitat' & grossitiē oēs pustule corrosiue ab herpesten vsq3 ad cancrū vt sunt herpes serpigo & formica in.14.terap.

Cause aūt herisipile vere sunt vt flegmonis veri primitiue.vcz antecedentes & coniuncte.

Signa & iudicia sumunt' p cōparatione ad flegmonē iuxta doctrinā.G.14.terap.& scdo ad glauconem.Et in hoc apparet q in herisipilla vera & certa est spēs flegmonis.Assumēdo ergo primum signū vere est color rubeus declinans ad citrinitatē.Scdz rubedo cito euanescēs tactui tertium tumor nō multū trāsiens cutē.quartum caliditas vehemens feb.attrahens: et plusq3 in flegmone.quintū pulsatio non magna.sextū dolor mordicatiuus & pungitiuus nō extensiuus:vt in flōne & alia signa dñium cholere significātia herisipilla: vtpl'in accidit i facie:& incipit in lepore nasi:deīde spargitur ad faciē totā & hoc est pter lenitatez cholere & faciei raritatem. ¶In ossis denudatione herisipilla malū. In herisipilla putredo:aut sanies malū. ¶herisipilla vera q̄tuor habet tpa:vt alia apata:quorum signa a superioribus extrahant'. ¶herisipilla vera raro facit saniē: vtpl'm em̄ per insensibilē euacuationē terminat'. ¶Propterea in herisipilla cōtingunt accidētia q̄ aliquotiens i curando superāt suā cām & preuaricant ordinem curationis:vt de flegmone dictum est. ¶Propterea herisipilla motū sequit' tertiane:& q̄ad eius materiā habet analogiam.

Cura herisipille vere vt cura veri flegmonis preter regimen vniuersale quatuor habet intētiones prima vitā ordinat.scda materiā antecedentē adequat. tertia materiā cōiunctā extrahit & euacuat Sed quarta accidētia corrigit.

¶Prima complet' cum debito regimine declinante ad frigiditatē & hu.vt i tertiana.Eligantur ergo aer & habitatio frigida:& infrigidata cū sparsione folio4 salicis vitis:& cānarū & iunco4 ros'.& viola4.& dimittat oīa calida vnctuosa: pinguia dulcia & acuta:dimittat vinū & lacticinia:vtatur lactucis: portulacis cucurbita ordeato:riso:& alijs sanguinem inspissantibus infrigidantibus.sobrie viuat.ventrez teneat laxum.dormiat & quiescat:ac etiam honeste viuat.

¶Scdam rem complent euacuatio & flebothomia:qñq3 euacuetur materia cuz aliquo colagogo:vt est electuariū de succo ros'.aut aqua tamarindo4 Rx.qd.Rx.prunorum damas.xx. tamarindorum recentium.ʒ.x.zuccaro.quartā mediā.fiat colatura: que detur de mane.Et si vigorare' electuarium cū.ʒ.j de succo ros'.esset valde bonuz flebothomia fiat: si expedit ſm modum qui dictus est in flegmone.

¶Tertiam rem cōplent infrigidātia & repercutientia in principio casibus scitis in caplo generali exceptis. ¶Et postea cū euaporantibus extra ſm inmanifestam sensui trāspirationem.Que vero nō q̄titate solum contristat.sed & qualitate vehementē habēs inflationez infrigidatione indigebat amplius q3 ſm flegmonē.Terminus aūt infrigidationis sit transmutatio coloris:etenī cessat: tunc certissime Aui.etiā ad hoc laudat effusionē aque frigide. G.vero succū solatri semperuiue portulace psilij iusquiami & ceteris in caplo de flegmone formatis:deinde euaporat materiā. G.cum farina ordei & alijs in cura flegmonis:iā superius dictis.Sicut em̄ & signa sumebantur ſm analogiaz ad signa flegmonis:ita & auxilia ad analogiam curationis ipsius. ¶Sed quarta intentio cōplet' cuz de reditu materie & induratione & corruptione:sicut in flegmone dictum est de dolore & ardore optimum fit mitigatiuum de folijs & radicibus iusquiami inuolutis cuz stupis coctis sub prunis mixtis cuz populeone vel cū axungia:ſm q de flegmonis dolore superius fuit dictū:si cōtingeret ipsam vlcerari curetur cū vnguento albo: aut cū vnguēto de litargirio:aut si addere' eis scoria plūbi optimum esset.

¶Caplm adminiculatiuuz predicto de formicis herpetib⁹ & pustulis malis cholericis

Pustule male cholerice: vt dictū est sunt oēs que in sua eruptione dimittunt corrosionem & virulentiam vt sunt oēs:ab herpete vsq3 ad cancrū. ¶Et licet sunt multe spēs carentes nomine tñ sunt due nominate manifeste herpes.vcz cheyris grece arabice formica & miliaris: et sunt oēs de cholera nō naturali differēte ſm grossitiē & subtilitatem. Qs autem trāsit vltra in grossitie herpestiomenus grece vocatur cancer latine.Et hec est intentio.G.in de tumoribus preter naturam.4.terap.secūdo ad glauconem.Aui.vero oēs pustulas cholericas factas a cholera nō naturali seq̄strata vocat formicas:q2 a cholera naturali naturalitate nutritionis dicta que est sanguis subtilis dixit fieri spinam.i.verā herisipillam:vt superius fuit dictū.cōmisceam⁹ ergo

grecuꝫ ⁊ arabicū: ⁊ faciamus gr̄a manifeste doctrine duas spēs pustularū cholericarum sub quib⁹ cōtineānt alie: vna vocat herpes q̄ fit de cholera subtiliori. Alia vocat formica de cholera grossiori: ⁊ nō curem⁹ de noib⁹ dūtaxat ꝙ res intelligantur.

Sit ergo herpes pustula vel pustule male cholerice herisipillate vesicate ⁊ inflāmate cū pruritu ⁊ rubedine declinā te ad citrinitatem. Et breuiter herpes nihil aliud est q̄ꝫ herisipilla pustulata ⁊ vlcerata. vnde. G. in. 4. terapen. valde em̄ est subtilis cholera que herpetē generat vt nō solū oēs transeat: q̄ interius particulas q̄cunq̄ carnose substantie sunt. Sed ⁊ cutē vsq̄ ad ypidemiā quam solam corrodit. eo ꝙ detinetur q̄d ab ipsa: q̄d si demū hanc ꝑtrāsiret velut sudor nō vlceraret.

Cause ⁊ signa ex dictis nota sunt. Ex dictis etiā apparet ꝙ herpes est velocioris resolutionis q̄ꝫ formica. etiam apparet ꝙ est medium transitus de herisipilla ad formicam: ⁊ de formica ad cancrum.

Curatio tres habet intentiones vt herisipilla. Prima vitam ordinat. Scd̄a materiam antecedentez adequat. tertia materiam coniunctam regit ⁊ gubernat.

¶ Prima ⁊ scd̄a complentur vt dictuꝫ est de herisipilla: nisi ꝙ iuuamentum flebothomie minoratur in eo.

¶ Tertia vero non similiter in scd̄o ad glauconem q: illa indiget infrigidare cum his q̄ humectant cum non sit vlcerata. Non ergo cum lactucis nec portulacis: nec cū aqua frigida: sed cuꝫ teneritatibus vitis ⁊ rubi ⁊ plātaginis cū lentibus ⁊ farina ordei: ⁊ eo ꝙ scriptum est ad flegmones: miscendo quid mellis: si indiget mundificatione. Ad vlcerationes vero que non sunt multuꝫ male morigerate sufficiunt vnguenta alba ⁊ metallica q̄ dicta sunt: ⁊ dicentur in vlceribus virulentis

Formica est pustula vel pustule male cholerice sine latitudine cum inflatione ⁊ pruritu ambulātes in cute cum vlceratione corrosione ⁊ virulētia. Et breuiter formica nil aliud est q̄ꝫ herpes malus. Eiusdem em̄ generis sunt vt dictum est. Cuius sunt due spēs: vna est leuioris motus: q: de magis acri ⁊ subtili cholera Alia tardioris: q: de grossiori cholera adeo ꝙ quibusdaꝫ visuꝫ fuit supermisceri cholere ſſa: ⁊ dicitur miliare: ⁊ tantum potest ingrossari materia ꝙ videtur esse pustule ficales ⁊ bothorales: q: ad modum ficus ⁊ bothores sunt apparentes: Ex quibus apparent cause ⁊ signa.

Signa formica est tardioris resolutiōis q̄ꝫ herpes formica nō habet escarā: lꝫ possit habere putredinem ⁊ virulentiā. In omni formica sentitur quasi punctura formice inquit Aui. veruca in nascēdo assimilatur formice: non tn̄ in materia sed post efficitur clauualis: ⁊ ideo. G. inuenit eam curare cum embula. 14. terapē. formica scꝫ ⁊ pustule cholerice. lꝫ a principio nō sint vlcera. terminant vtplurimum ad ea: ⁊ ideo tractatus vlcerum in eis habet locum.

Cura formice vt herpes tres habet intentiones. Prima vitā ordinat. Scd̄a materiā antecedentē adequat sꝫ tertia partem pustulatam sanat.

¶ Prima ⁊ scd̄a intentio complentur vt dictum est de herisipilla ⁊ herpete. Uerum est ꝙ in solutione formice illius mulieris romane. G. approbauit serum lactis in quo quid scamonee apposuerat. Aui. ꝟo in miliari iubet virtutē turbiht misceri: ⁊ etiā epithimi.

¶ Supra vero locū anteq̄ꝫ vlceretur ponenda sunt medicamina mixta habentia virtutem repcussiuā. vꝫ ⁊ diaforeticā. Et ideo in talibus laudatur emplastruꝫ de arnaglossa dictum in carbunculo. Et emplastrū de duobus granatis ante vlcerationem: ⁊ post sepissime vtile: inueni. Aqua que currit ex ligno vitis cū aduritur in miliari ⁊ ficali seu bothorali laudatur ab Aui. Et si in ea decoquerētur capita piscium salitorum esset optia. Millefolium ⁊ paritaria cum pauco sale pistata sunt optima ad bothoralem seu ficalem: vt dixit Theodoricus. Et ad desiccandum putredinem in miliari precipue laudat Aui. linimentum factum ex flore eris: ⁊ sulfure cuꝫ aqua dicta.

¶ Unguentum de bolo armeno ⁊ terra sigillata ⁊ aceto ⁊ aqua rosa. saltim in circuitu approbat haliab. ⁊ laudo vt continuetur. Quando autem manifeste apparet corrosio ⁊ vlceratio non descendendo ab infrigidatiuis in circuitu: supra vlcus apponas trociscos andaron vel calidicon cum vino stiptico vel aceto commixtos vel cum aqua ro. sic ꝙ fiat linimentū inquit haliabas.

¶ Et si ista non sufficiunt oportet transire ad fortiora velut ad arsenicum ⁊ ferrū ignitū ī scd̄o ad glauconē. Ista enim talia cōsumēdo

materiã coniunctã corrodentẽ sanant corrosionem. Post vero pcuret casus eschare cũ butyro: aut aliquo vnctuoso. Et si opz ea incidere incidant: aut cauterizent: aut cũ ligamine ad modũ veri fic⁹ euellant & sanatione alioꝝ vlcerũ vlcus sanetur.

¶De vndimia & apostematibus flegmaticis. Cap.iiij.

Sicut autẽ in cholerico reumate fit herisipilla: sic in flegmatico vndimia fit. 14. terrap̄. qđ est apa flegmaticũ duas habẽs drias: vt & alia: veꝝ. vez: & nõ verũ. ¶Uera vndimia fit ex flegmate naturali: qđ nihil aliud est q̃ sanguis crud⁹ siue diminute decoct⁹ q̃ in massa sanguinaria ad nutriendũ mẽbra flegmatica repit. Non vera est q̃ fit ex flegmate nõ naturali. ¶Est autẽ flegma humor frigid⁹ & hu. ex crudiori parte ipsi⁹ chili generat⁹: cui⁹ aliud est naturale aliud nõ naturale. ¶Naturale est humor frigidus & humid⁹ in substãtia crudus in colore declinãs ad quandã albedinẽ: & in sapore & odore ad dulcedinẽ. ¶Nõ naturale est qđ deuiat ab isto infra terminos sue latitudinis quos si trãseat non est flegma: sed alter humor. ¶Qđ contingit dupl'r: vno modo in se qñ in sui substãtia aquosat ventosat seu attenuat. Et fit tunc flegma tenue aquosuz siue ventosum. aut ingrossat & inuiscat: & fit tũc flegma grossuz mucillaginosuz: & gipseũ seu vitreũ p vlteriorẽ indurationẽ: aut ipsuz putrescit & alterat: & efficit salsum & nitrosuz & corrosiuũ. ¶Scđo mõ nõ naturale efficit p admixtionẽ qñ alter humor venit sibi deforis: vt si sanguis efficit dulce. Si colera efficitur salsum. si melãcholia: ponticũ & acetosuz Sunt ergo octo spẽs flegmatis nõ naturalis fm Aui. haliabas vero nõ ponit nisi q̃tuor Gal. nõ vr ponere nisi salsuz & acidũ. Nihilo minus in scđis febriũ & interioꝝ: & in multis alijs locis facit mẽtionẽ de vitreo: qđ pter cõuenientiã multotiẽs reponit cum acido.

¶Ex q̃bus apparet q ex flegmate generãtur octo spẽs apatũ. primo ex flegmate naturali gñat vndimia vera & certa. ¶Scđo ex flegmate non naturali p admixtionẽ gñant tria apata fm q tres humores pñt cũ eo misceri: vt vndimia flegmonides & herisipillades atq sephyroides. ¶Tertio ex flegmate nõ naturali p alterationẽ in substãtia gñant quatuor apata. prio ex flegmate ventoso gñat apa vẽtosum. scđo ex flegmate aquoso gñat apa aquosuz. Ex flegmate crudo grosso mucilaginoso gñant oẽs nodi & exiture flegmatice a lupia vsq ad nactã: vt sunt glãdula: & nodi leues dubellet & testudines. Ex flegmate vitreo & gipseo fiunt oẽs nodi duri & scrophule. Ex flegmate corrupto & putrefacto gñant fistule & vlcera scrophulosa. ¶Est ergo vndimia vel ydemea grece zimia arabice apa laxũ & indolorosum. i. parũ dolorosuz p cõparationẽ ad flegmonẽ & herisipillam.

Cause ydematis sunt vt alioꝝ apatum triplices: primitiue sicut casus & pcussio & malũ regimẽ. ¶Añcedẽtes multiplicatio hũoris flegmatici. ¶Cõiũcte ipm flegma coaduuatũ in membro.

Signa & iudicia sunt humor lax⁹ & mollis adeo q cedit digitis & seruat ipressio post digitoꝝ remotionẽ: dolor paru⁹: calor debilis: color declinãs ad albedinẽ cũ alijs signis dñiuz flatis significãtibus. ¶Undimia vt cetera apata q̃tuor hz tpa. pncipiũ augmẽtũ statũ & declinationez. Terminat & declinat vndimia plm p solutionẽ. Raro p saniẽ: sepissime p cõuersionẽ ad nodos: & ad alias excrescẽtias: quarũ terminationũ cognitões sup⁹ i caplo vl'i sunt dicte. ¶Apata flegmatica multiplicant i hyeme & in senib⁹ atq crapulosis.

Curatio vndimie vere pter regimẽ vl'e q̃tuor hz intẽtiones. pria vitã ordinat. scđa mãm añcedentez adequat. tertia mãm cõiunctã gubernat. Sz q̃rta accñtia corrigit. ¶pria cõplet cũ debita admĩstratiõe sex rerũ nõ naturaliũ: & trium eisdem annexarũ q̃ oportet declinare ad caliditatem & siccitatẽ cum quadã subtiliatione. Et ideo competit eis eis aer subtilis & sicus & panis bene coctus & preparatus: & vinum sit bonum sincerum & clarũ cum pauca aqua. Carnes sint electe de auiculis cãpestribus & de bono mõtone: paucis vtat brodijs & oleribus atq offis. Caueat ab azimis & crudis & aquosis. Nõ comedat substãtias leguminum: neq caseum: neq fructus grossos: pisces fugiat nisi parum de petrinis: & illi cum vino coquantur: assa sibi sunt vtiliora elixatis & pastilatis. sobrie viuat parum comedat: & minus potet: venter laxetur cum ficubus & cartamo. Exercitium temperatũ est bonum: parum aut nihil dormiat: precipue in die: fugiat balneum: & omnes res humectantes. ¶Scđa intentio cõpletur digerẽdo

materiam cum aliquo oximelle: et eā euacuā
do cum aliquo phlegmagogo: vt essent pillu
le cochie aut de benedicta: aut diaturbith.
Et si plectoria adesset: laudabilr posset aperi
re venam.
¶ Tertia intentio completur in principio cū
repercussiuis non infrigidantibus: sed aggre
gantibus exiccationem et resolutionem. In
augmento cū resolučtibus fortiorib⁹. In sta
tu cū puris fortissimis. In declinatione cum
consumptiuis. si incedit via resolutiōis: si via
exiture regitr cū maturatiuis: et reliquo exitu
rarū regimine. ¶ Auxilia repercussiua aggre
gantia exiccationem et resolutionem q̄ cōpe
tunt in principio sunt triū formarū. ¶ Prima
forma est Gal. 14. terap. et scōo ad glauconē
ppter aūt indt phlegmaticū humorē sufficit
aliqñ et spongia sola in aqua infusa modicū
aceti hñte. Fiat autē mixtio vt vtiqz liberet
quis: et supple calefiat. Et qñqz dicit Aui. lo
co spongie administret pānus duplicatus:
aut supple csilr et bonum est assiduare et re
mutare sepe: et cōprehendat oia latera: et li
gaturas sit cū bona strictura a capite mem
bri incipiendo.
¶ Scōa forma est Aui. ℞. aq̄ baurach et ci
neris et aceti. añ. qđ sufficit. ¶ Tertia forma
est Rab: et eā cōcedit Aui. ℞. aloes mirrhe li
ciū acatie sief memite ciperi croci orientalis
boliarmeni añ. oim partes equales pulueri
zentur: et cū succo cauliū et aceto misceantur et
fiat empl'm. ¶ Auxilia q̄ cōplent intentionē
augmenti sunt pdicta fortificata cum aceto.
¶ Sed ea q̄ cōplent statum et declinationem
si tendit ad resolutionem sunt triū formarū.
¶ Prima est Aui. et est spongia in lixiuio ci
nerum vitis et fici et ilicis. i. querci. ¶ Secūda
est bruni et eā accipit Theodoricus. ℞. alūis
sulfuris mirrhe salis ana partes equales cō
ficiant oia cū oleo ros. et aceto et fiat linimen
tum. ¶ Tertia est Auic. ℞. stercoris vaccini
lib. ß. olibanī storacis vsnee calami aromati
ci spice absinthii ana. ℥. ß. confice cum aceto
et aqua caulis et fiat empl'm. ¶ Ad maturan
dum apāta phlegmatica laudat Rogerius
diaquilonem quem ipse conficit. Itē ad idē.
℞. maluam brancā vrsinam radicis bismal
ue radicis lilij cepas assatas: limacias: fer
mentum se. lini cocta et pistata: et cum axun
gia veteri vel butyro mixta et fiat emplastrū.
¶ Item Theodoricus extrahit succum de
ebulo et sambuco lapacio et leuistico maratro
decoquantur bene cum dyaltea melle oleo et
butyro: et fiat emplastrum. ¶ Maturato au
tem apāte non expectetur vt aperiatur p se:
qz tarde aut nunqz aperietur vt dicit Henri
cus. Sed cum ferro aperiatur: aut cum cau
stico iuxta formam superius dictam. Et mūn
dificetur sanies cum vnguento apostolorū
et mundificatiuo de apio et succo absinthij.
¶ Aut cum isto qui fm Dinum attrahit et
mundificat saniem grossam. ℞. galbani ar
moniaci: resine: terebentine: picis sepiuacci
ni: olei antiqui. ana partes equales. dissoluā
tur gumme cum aceto: et liquefiant ad ignē
cum alijs et fiat vnguentum: et curatione vl
cerum sordidorū cura: et ita completur tertia
intentio. ¶ Sed quarta intētio cōpletur fm
naturam accidentium: vt si accidebat dolor.
tunc fm Aui. oportet vt sedetur dolor in pri
mis cum eis que sunt sicut ysopus humida:
et vinum coctum: et cerotaria cum oleo de ca
momilla de absinthio et spica et cera. Sed du
rities dissoluatur cum medullis bouinis cer
uinis et consilibus. vt dicetur infra.

¶ Capitulum adminiculatiuum de aposte
mate ventoso.

Tempus igitur est iam de inflatio
nibus pertransire non
eandem ydematibus curam habentibus in
14. terap. Nā et illa quidem vt dixi a phleg
matico fiunt humore. Et propterea compri
mentibus nobis cedunt: vsqz sufficiens in p
fundum digitis descendentibus in ea. ¶ In
flationes vero ex spiritu coaceruato fiunt:
quandoqz quidem sub cute: quandoqz vero
in membranis: que circa profundum coexi
stunt: qñqz vero circa vnum membrū: qñqz
vero per totum corpus discurrunt: qñqz etiā
cum dolore: qñqz vero absqz ipso.

Cause talium ventositatum in sexto
de egritudine et sinthemate ē
debilitas caloris in materia phlegmatica ad
hoc disposita. Est autem inquit et harū ge
neratio in ipsis humoribus phlegmaticis vel
cibis in vaporem resolutis a caliditate ege
na. Nam perfecta quidem infrigidatio nul
latenus vaporem operatur: quoniam non
omnino subtiliat neqz excoquit qđ dissoluit
cibum. Fortis autem caliditas multo copio
sius obtinens plusqz fm generationem va
poris subtiliat nutrimentum. Si vero vento
sum fuerit natura: tunc enim generat quidā
spiritus turbidus vt vtiqz dicat quis cali
ginosus et paucus: quod ab ipsa eructuatiōe
euacuatur. Retinetur autem in loco: vt dicit
Aui. propter spissitudinem mēbri: aut pro
pter ipsius vaporis grossitudinem.

D

Signa et iudicia sunt inflatio turgida clara resistens tactui cum quadam luciditate sonans: ut uter dum percutitur et sentitur sepe ambulans per totum corpus dolorem excessiuum pariens ventositas inclusa que non dissoluitur multa parit incommoda: ventositas fumosa currens per corpus cum dolore et anxietatibus est verenda: quia videtur eleuari ab aliqua materia venenosa.

Cura apatis ventosi tres habet intentiones prima est in vita. secunda circa digestionem. Sed tertia in extirpatione materie coniuncte. ¶ Intentio vite fit quod ipse abstineat se ab omnibus grossis viscosis crudis phlegmaticis et ventosis vt sunt res dulces iuba leguminum fructus rape castanee: vtatur calidis et siccis subtiliantibus et carminantibus ventositatem et panis ordeatus in quo ponatur sal et ciminum. Potus eius sit vinum album aut clarum aut vinum grecum et bonum pigmentum: vtatur porretis cicere cum cepis et petrosilio calamento atque rutha in quo ponatur ciminum. Carnes sint volatilium et aliorum secundum quod dictum est in capitulo precedenti. ¶ Quarta virtus digestiua confortetur cum bonis speciebus et confectionibus de dyaciminо diacalamento et cum tali tragea. ℞. anisi maratri: carui: dauci: cimini: baccarum lauri tritorum ana ℥. j. liquiricie rase zinzi. albi: galange ana ℥. ß. gariofiloꝝ: cubebarum: piperis longi: se. ruthe. ana ʒ. ij. anisi confecti quartam. j. panis zuccari tabarzet. lib. ß. fiat tragea. Et ab extra inungatur stomachus cum oleis de spica de costo atque de rutha. ¶ Sed tertia intentio completur cum his que habent mixtam virtutem vt digerant et euaporent et stipticent moderate et non augeant dolores. Et ad ista sumuntur tres forme auxilioꝝ a. G. 14. terap. ¶ Prima est spongia noua infusa in coma. i. sapone vel lixiuio calido coexistente dolore forti subinungatur particula cum aliquo oleo resolutiuo vel cum aliquo relaxatiuo calastico non existente forti dolore. ¶ Secunda forma fit cum lana succida infusa in sapone vel lixiuio cum vino cocto austero maxime secundum principia: fortis autem virtus est in sapone et in aceto: non ita autem in vino. Horum autem. s. de vino aceto et oleo plus misces quam de coma cum mitigare volueris. Expellere autem et corroborare volens vinum austerum nigrum euaporare eligens comam: acetum autem ad ambo opatur: quia et mixtam virtutem habere demonstratum est. ¶ Tertia forma fit linimentum de terra tenaci et calce viua simul coctis cum aqua et vino. ¶ In casu autem in quo talis ventositas esset fumosa mala et corrupta a materia venenosa eleuata: et curreret per membra cum dolore et estuationibus intolerabilibus non est consilium secundum Guliel. de saliceto nisi quod postquam fuerit apprehensa in vno loco ligetur membrum a parte superiori et inferiori: et in medio perforetur cum rasorio: aut cum ferro calido taliter quod exeat: postea impleatur locus cum aloe et bolo dissolutis et mixtis cum oleo rosaceo et aceto. Et post tertium aut quartum diem locus incarnetur et consolidetur: dieta tamen in isto casu sit tenuis: et mundificetur corpus cum aliqua medicina. Et si tiriaca sibi daretur: bonum esset.

¶ Capitulum adminiculatiuum de apostemate aquoso.

Ex phlegmate aquoso et seroso generatur apa aquosum laxum et omnino indolorosum. vnde in sexto de egritudine et sinthomate: ex serosis quidem superfluitatibus abundantibus in corpore generatur ydertus. In particulis vero: vesice et apata aquosa: quorum cause sunt alteratiua: virtus infrigidata: et male disposita et ciborum malicia: et aquositas: et ideo i. 14. terap. et secundo ad glauconem assimulat tale phlegma phlegmati ydropicorum et corporum male habituatorum est penitus aquosum non diuersificans curam: ab ydemate vero nisi in maiori desiccatione.

Signa et iudicia sunt quasi ydematis veri: nisi quod tumor est magis laxus in isto quam in illo: et ideo non tantum resistit tactui: et sonat non vt ventus sed vt aqua et translucet aliqualiter circa lucem. In apate aquoso est debilior calor quam in ventoso: vt ponit Gal. 4. affor. quibuscumque torsiones apata aquosa magis accidunt in pedibus et testiculis: seu in capite et iuncturis quam in aliis locis: quia aquositas plus in eis descendit et caliditas magis in eis ebetatur: secundo pronosticorum: sicut ventositas raro reperitur sine aqua: ita neque aqua concluditur in particula sine vento.

Curatio quinque habet intentiones. prima stat in vita: secunda in rectificatione digestionis. tertia in purgatione per ventrem. quarta in eductione per vrinam: quinta in euaporatione humiditatis coniuncte. ¶ Primas duas ordinauit Gal. in de subtiliante dieta. Tres vltimas posuit in secundo ad glauconem. et 7. afforismorum. comento illius. Quibuscunque epar. ¶ De vita prima reus perficiatur per regimen dictum in duobus capitulis precedentibus: nisi quod oportet vt illud sit magis calefactiuum et desiccatiuum: et ideo dimittat omnia humida et aquosa vt aquam

⁊ herbas virides. ⁊ fructus: ⁊ caseum: et lac atq₃ pisces: ⁊ oīa legumina: ⁊ carnes porcias ⁊ dimittat offas: ⁊ oīa brodia: sobrie comedat ⁊ potum minuat: panis suus sit de ordeo in quo aliquid ponat de aniso: vinū sit optimum: tñ in parua quantitate sumptū: vina greca: ⁊ pigmenta sunt sibi bona: aqua cicerum: et saluia: ysopus: calamentum: allia: ⁊ cepe cocta: spēs ⁊ genera salis conueniunt: cibaria cuniculoꝝ ⁊ auicularū cāpestrium: et carnes gallinaꝝ ⁊ montonū expediunt: ⁊ oīa sicca. laboret ⁊ vigilet: ieiunet: ⁊ ventrem ⁊ vrinam sepe inuitet. ¶ Scd̄a intentio cōpletur cū bonis speciebus ⁊ bonis dragceis: ⁊ vnctionib⁹ superius dictis. ¶ Tertia res cōpletur per purgantia humiditates aquosas ⁊ serosas vt sunt panis factus de farina ordei: aut lacte titimalli: aut panis factus de esula ⁊ granis cathapucie atq₃ tartaro cum modico de spica: aut pillule de succo cucur. aggrestis: ⁊ spēbus dictis ab hebē Mesue in simplicib⁹ medicinis suis. ¶ Quarta res cōpletur cum tragea dicta in qua additur semen apij ⁊ petroselini. ⁊ se. alkekengi atq₃ spica. ¶ Sed q̄nta res pficitur cum exiccantibus ⁊ resoluentibus trium formarū. ¶ Prima est Gal'. vbi supra cum oxirodino ⁊ sale. ¶ Scd̄a est eiusdem cum spongia infusa in lixiuio ⁊ alijs auxilijs dictis in vndimia vera fortificata cum affronito: ⁊ alumine ⁊ sulfure. ¶ Tertia forma est cuiusdam emplastri: p Auicē. in cura scrophulaꝝ: in cathegenis Gal'. attributo de quo dicit q resoluit omnem duritiem in minus q̄ hebdomada in tribus. s. diebus. Ego tñ eum in illo libro non inueni. Sed euȝ ad resoluendum duritiem aquosam ⁊ ventosaȝ acceptaui. ℞. seminis sinapis se. vrtice sulfuris spume maris aristologie bdellij armoniaci: olei antiqui cere quod sufficit. ⁊ fiat ēplastrum. Si autem per illud non resoluit non est consilium: nisi q cum ferro aperiatur: et post mundificetur ⁊ modo vlcerum sordidorum curetur.

¶ Capitulum adminiculatiuum de nodis glandulis scrophulis ⁊ omnibus excrescentijs phlegmaticis.

Glandula ⁊ scrophula: nodus ⁊ lupia testudo ⁊ nacta hernia: botium atq₃ bubo fugilinus vbicūq₃ in corpore nascantur phlegmaticam videntur habere materiam: vt dicit Rogerius: et bene dicere videtur: q₃ licet aliqua sint permutata in duriciem melancholicam. Radix tñ eorum fuit phlegma pro maiori tñ parte: q₃ aliqñ coniungitur cum eo alter humor: nos tñ loquimur semper de simplicibus: vt sint exempla cōpositoꝝ fm quod superi⁹ fuit dictum. Omnia tñ predicta sub genere exiturarum ⁊ excrēscentiarum phlegmaticarum reponuntur. ¶ Speciales preserti₃ inter se habent differentias glandula ad formā glādis dicta satis mollis vnica mobilis ⁊ separata vt plurimum in emunctorijs generata reperitur. Scrophula ad modum scrophe porcine plurificatur dura: non omnino separata in collo plurimum reperta. ¶ Lupia sicut lupulus mollis rotunda in iuncturis et locis siccis suam aperit natiuitatem. ¶ Nodus sicut nodus chorde rotūdus dur⁹ ⁊ mā siuus circa loca neruosa inuenitur. ¶ Testudo est exitura magna humoralis mollis cuȝ lata forma ad modum testudinis dicta in capite talparia: in collo botium: in testicul' hernia ⁊ aliquotiens cum sanie ⁊ squamis: aut fistulis reperitur. ¶ Nacta est etiam nascentia magna carnosa velut caro natiuȝ seu ancharum diuersarum formarum: ⁊ quantitatum velut melon ⁊ cucurbita sortiens diuersa nomina fm formaȝ ⁊ membra. Plura aūt nomina habent predicte excrescentie. Sed non est curandum: dumtaxat q res cognoscatur que diuersificatur ⁊ inducat sub talibus diuersitatibus curam. ¶ Excrescentiarum quedā continentur in sacculo siue chisti: q̄dā vero sunt i carne infiltrate: q̄dā etiā sunt resolubiles: quedam vero non: quedam sunt cum gracili pede: quedam vero non: q̄dam magne: quedam parue: quedam sanabiles: quedam vero non: quedam etiaȝ sunt squamose fistulose ⁊ cancrose: quedam vero non: ⁊ sic de alijs.

Cause istaꝝ nascētiaꝝ sunt triplices vȝ primitiue vt casus: ⁊ percussio crapula ⁊ regiminis malitia: ¶ Añtes sunt hūores maxime innaturales phlegmatici: ⁊ flēnes pmutati: vt supius fuit dictū. ¶ Cōe ₒiūcte sunt ipemet materie q̄ in loco ₒtinent. Cōtinent aūt in istis: q̄nq₃ humores aquosi putridi ⁊ corrupti limosi ⁊ muscillagīosi melliui pultini ⁊ adipini ¶ Q̄nq₃ vero continētur carnes phlegmatice ⁊ spōgiose atq₃ glādulose: q̄nq₃ vero lapides ⁊ alie res.

Signa ⁊ iudicia hn̄tur p suas dcās descriptiones ⁊ differentias. Signum q concludantur in chisti est mobilitas ⁊ cutis separatio.

¶ Quando vero sunt mansiue ⁊ adherētes in carne sine chisti vident esse. ¶ Noue ⁊tra.

etabiles videntur esse resolubiles dure vero et antique nequaquam. Rubor et dolor: et caliditatis additio ostendunt excrescentias saniaturas et fistulosas et cancrosas. Multiplicatio scrophularum et discursus earum per corpus et caliditates extranee ipsas ostendit esse germina scrophularum intrinsecarum. Unde arnoldus scrophularum extrinsecarum multitudo clamitat earum pluralitatem intrinsecam. De quibus dicit Aui. quod tales in casu et offensione multiplicantur. Et ideo sequitur in arnoldo quod in talibus parum proficit exterius operari: et tu scis. Sed quod eis multum conferunt purgantia: et potiones diuretice atque electuaria desiccantia: et etatis mutatio puerilis propterea pueri propter gulositatem et raritatem corporis sepius incurrunt scrophulas Senes autem tardius: propter contrarium. ¶ Amplius habentes frontem curtam et timpora compressa: et maxillas amplas parati sunt ad scrophulas: quia i talibus prompte materia deriuatur ad collum: vt dicit Henricus. ¶ Incisio excrescentiarum et corrosio est multum verenda: circa ventrem collum et commissuras: propter propinquitatem venarum arteriarum: et neruorum ac intrinsece spatiositatis. ¶ In incisione magnarum scrophularum est cauendum de vena que nutrit eas circa pedem. Sepe enim parat emorosagiam, et periculum magnum.

Curatio duos habet processus. vniuersalem videlicet et particularem. Uniuersalis processus concernit vitam: vt non multiplicetur materia et adequat materiam antecedentem: vt non addat in coniunctam.

¶ Primum completur per regimen dictum in capitulis proxime preteritis. Ad maiorem subtiliationem et incisionem declinando. quare secundum Aui. oportet vt deuitet cibos grossos: et potum aque frigide et nauseatiuam satietatem et repletionem: et toleret famem quantum potest. Super omnia bonam digestionem procuret. Caueat habitationem humidam et vallosam aquarum malarum irrigatam. ¶ Potus eorum sit bonum vinum atque aqua aluminosa seu sulphurea. Nam secundum arnoldum vsus aquarum mineralium maxime saporis tartarei non solum interiora bonia: sed extrinseca valet attenuare. ¶ Secundum completur tripliciter euacuando per secessum: et per stomachum quandoque et purgando per vrinam: ac euaporando cum consumptiuis. ¶ Ad primum laudatur per omnes puluis de turbith qui secundum Aui. fit de turbith et zinzi. et zuc. partes equales: et procedit de ipso. 3. ij. et testificatur quod cum hoc quod soluit phlegma grossum non calefacit: nec abradit intestina. Rasis vero qui fuit magis audax in laxatiuis cum tacit in capitulo de doloribus ventris in nono Alman. de 20. partibus turbith. et. 10. zinzibe. et. 30. zuc. et. 3. iij. de ipso concedit. benedicta et yera. et pillule de agarico maiores hermodactilate sunt satis conuenientes.

¶ Ad secundum ex dictis multorum talem consue in potionem. ℞. ℈. partes tres philipendule. partes duas. pimpinelle piloselle tenateti caulium rub. rubee ma. ana. partem. j. aristol. radicis spatule fetide. radicis raphani. ana. partem. ß. conquassentur. et cum vino albo et melle vsque ad consumptionem medietatis coquantur. et fiat colatura de qua de tertio in tertium diem hora matutina. quartum. i. tepidum administretur. ¶ Ad tertium Gal. 14. terapeu. maxime ad glandulas intrinsecas que extrinsecarum sunt cause consulit thiriacam athanasiam atque homonusiam. et medicamen quod per craticam nepitam aliter calamentum fluuiale construxit. ¶ plures alias potiones et electuaria olea etiam ad inijciendum per aures et emperica multa posuerunt nostri predecessores que in operibus meis non acceptaui. ¶ Concedo tamen quod virtute diuina serenissimus rex Francie tangendo liberat multas: et hoc est de regimine et processu vniuersali. ¶ particularis siue localis processus maximam sumit diuersitatem a substantia quantitate: et natura membri et corporis. Temporis autem duratio licet non iudicet curam: iudicat tamen qualis est dispositio. Decimoquarto terapeu. ¶ Et ex pluribus a predictis possunt sumi multe indicationes et intentiones. Reducantur quantum est de presenti ad sex. ¶ Primo molles parue que vocantur lupie: quando sunt in membris firmis: que propter paucam duritiem suspicantur habere teneram chistim: constringuntur et desiccantur. ¶ Secundo maiores non multum dure nec ineterate ad modum apostematum phlegmaticorum mollificantur resoluuntur et consumuntur. ¶ Tertio saniose et apostemose aperiuntur et mundificantur. ¶ Quarto que non poterunt cum predictis curari et sunt mobiles et tractabiles incidantur et extrahantur. ¶ Quinto que tales erunt immobiles et infiltrate atque late corrodantur et mundificentur. ¶ Sexto que tales vel pedem siue radicem habebunt gracilem ligentur et euellantur.

¶ Primum completur vt tales secundum Aui. conterantur et comprimantur: deinde super ipsas stringatur cum graui ligatura plumbum, quoniam vt ait digerit ipsum. Primo enim

fricetur lupia cū manu: vt aliqual'r calefiat ꝛ mollificetur: deinde tenendo particulā firmiter cum fundo scutelle: aut cum aliqua solida linea: totiēs ꝛ tal'r ꝑcutiaṫ donec euanescat: ꝛ cum chistis interior fuerit delaniata: ꝛ materia sparsa: ꝛ statim desup laminā plūbi ſm quantitatem lupie cū bindello duoꝝ capitum stricte ꝛ firmiter ligetur: ꝛ de nouē diebus non remutetur. ¶ Rogerius tñ ꝓmittit vnguentum factum de plumbo vsto ꝛ caligine sambuci seu ficus cum oleo ꝛ aceto: quod brunus accepit. ¶ Theodoricus ꝓmittit emplastrum factum de aloe acatia mirrha olibano ꝛ sarcocolla cum aceto ꝛ albumine oui. ¶ Henricus ꝓmittit ꝛ sup laminā ponit etiā paruas plagellas de stupis infusas in albumine oui inspissato cum sale ꝛ alumine zuccarino. ¶ Scđm cōpleṫ vltra auxilia phlegmaticoꝝ apatum superius positoꝝ q̄ ad hoc ꝛ ad omnes hernias cum sequentibus sunt vtilia ꝑ quoddā empl'm. Sal. cathagenoꝛuz qđ dissoluit exituras grossas: ꝛ ꝯfert patiētibus scrophulas ꝛ apatibus q̄ fiunt in radice aurium ꝛ podagre: ꝛ in multis alijs facit opus laudabile. In vltimo. ℞. olei veteris. ℥. xij. picis sicce. ℥. vj. laudani. ℥. iij. lithargiri. ʒ. xij. viride eris. ʒ. xiiij. galbani. ℥. iij. teratur litargirum cum oleo ꝛ coquatur: ꝛ cum erit inspissatum supponatur pix ꝛ viride eris: ꝛ vltimo ponatur laudanū ꝛ pistenṫ in mortario: vsui reseruentur. ¶ Scđm Raſ. sil'r eadē intētio ꝛ multos alios ꝯpletur cum dyaquilone cōi ꝛ yreato. Cuius forma infra in antidotario ponetur: in quo ad vnam libram dyaquilonis malaxetur. ℥. j. pul. radicis yreos: aut cū dyaquilone magno ħcbē Mes. Cuius forma dicetur infra. ¶ Ipse etiam Rasis vir magne experientie consulit stercus antiquū caprinum cum melle ꝛ aceto supra ignem emplastratum aut empl'm factum de feugreco se. lini: semine caulium cum muscillagine maluauisci cōfectis: ꝛ est bene maturatiuū. ¶ Haliabbas cōmendat istud. ℞. farine fabarum: farine ordei: cuiusq. ʒ. x. radicis liquiritie: radicis altee picis cuiusq. ʒ. v. cere albe adipis auserine cuiusq. ʒ. x. terantur ꝛ incorporentur cum oleo antiquo: ꝛ vrina pueri virginis: ꝛ super lento igne fiat emplastrum. ¶ Ex auxilijs Auicen. hoc accipio. ℞. stercoris vaccarum. ℥. ij. radicis caulium: radicis capparis squille ficuum pinguium. añ. ℥. ß. lupinoꝝ bdellij ana. ʒ ij. mellis aceti. axūgie poꝛ. fecis olei antiqui. ana. quod sufficit: fiat emplastrum.

¶ Brunus probauit in omnibus apostematibus duris: ꝛ Theodoricus ab eo accepit armoniacum bdellium galbanum omniū partes equales dissoluantur in aceto per tres dies q̄b' supra ignē addatur furfuris subtil' quod sufficit: fiat emplastrum. ¶ Rogerius ad scrophulas. ℞. radis filicis affodilorum: ꝛ si adderetur ebulorum bonum eēt. coquantur in optimo vino: ꝛ pistando addatur modicum de sulfure viuo: ꝛ fiat emplastrum. ¶ Magister meus montispessulani summe laudabat emplastrum factum de limacijs. 12. coctis cum vino aut lixiuio cinerum clauellatorum: aut cum capitello: immo qđ fortius erat eis qualibet die vnam siccam: aut confectam administrabat.

¶ Tertia intentio completur cōmuniter cuz predictis: nam omnia resoluentia mollitiua q̄n inueniunt materiam repugnantem resolutioni materiam maturant ꝛ insaniant: precipue si fuerit dulcis materia. aut cū sanguine associata. ¶ Haliabbas tamē appropriat ad maturandum eas emplastrum factuz de farina ordei ꝛ olibano atq pice cū vrina pueri incorporatis. Aui. vero ad refrenandā furiam caliditatis consulit farinam predictaz cum aqua coriandri: ꝛ fortius illo fit de mirrha cum duplo sui de licio cum aqua dicta. ¶ Ipsis autem maturatis: quod scies per signa sanici aperiantur aut secentur ꝛ mundificentur cum vnguento apostoloꝛuz ad christianos relato sanationis magne in scrophulis malis ꝛ vlceratis: aut cum vnguento egyptiaco Raſ. in antido. dicendo: ꝛ cum dyaq̄lone: aut cum diapalma desuperponendo. ¶ Et si essent in loco in quo ossa essent contaminata ꝛ corrupta: vt in iuncturis dicetur infra: aut aliqua mala morigeratio adducta: regantur cum regimine vlcerum: ad que determinantur.

¶ Quarta intentio completur ſm doctrinaz albucrasis quem in hoc sequuntur 'oēs preterq̄ in experiendo materiam cum itromisso: quod fortem facit: q2 continens humores ſm longum aperit ꝛ mundificat: continētes vero res duras ſm crucem secat et excoriat. Quidquid fit glandulas ꝛ scrophulas ꝛ tales excrescentias tractabiles iubet cum digitis apprehendere: ꝛ ſm longum findere et excoriare cum aliquo sputamine contuso et non acuto: elongando labia cum vncinis: ꝛ eas cuz flosculo suo totaliter extrahere: quia al's rediret. Et vulnus si necesse est suere. et reliqua vlcerum curatione tractare. ¶ Ego

aũt ꝓpter melius extrahere apprehẽdo de super cutem: ꝛ cum forpicibus ſm q̄titatē excreſcentie in forma folij mirti qđ supereſt de cute incido: ꝛ in reliq̄s vt dictũ eſt procedo. Si aũt ſanguis te perturbat: iubet eũ cũ auxilijs ad ſanguinem reſtringere: ꝛ poſtea ad operationem redire: paruum autem fluxum cum ſpongia ſtupis: aut cotone infuſo ꝛ expreſſo in aqua ꝛ aceto exiccando ego reſtringo. Si ergo aliqua vena digna rõne continuatur cum pede iubet eam ligare: ꝛ ita quouſq̄ cadat dimittere vel permittere. ¶ Si aliquid de chiſti aut floſculo vel de aliquo extraneo remanſerit iubet cõſumere in primis diebus implendo vulnus cum cotone vel conſimili infuſo in aliqua aqua ſalita. Ego autē in albumine oui cum alumine inſpiſſato. Poſt vero cum vnguento egyptiaco vel aliquo de corroſiuis. In omnibus autē iſtis operationibus: qđ apata ſedat iubet apponere: propter hoc igitur ſuper totum ſtupatam infuſam in albumine oui ꝛ oleo roſ. ſuperponendo.

¶ Quinta intentio completur ſm Brunum ꝛ ſequentes ipſum q̄ cutis cum cauſtico ſm q̄titatem excreſcentie rumpatur ꝛ caute ſeruetur ne ad alias partes diffundatur. Et ad hoc non fallit: ꝛ operationem iuuat ruptorium de calce ꝛ ſapone: ꝛ operationem ſuam perficit ſaltim in .12. horis: ꝛ ſi ſtaret amplius non eſſet malum: deinde ſcinde in medio eſcare ſm longum profundando vſq̄ quaſi ad viuum ꝛ inciſurã incarcera cũ aliq̄ lichinio de aliquo corroſiuo ſeu forti medicamine a puluere affodillorum vltra. Et licꝫ multi multa ponant: ꝛ in antidotis multa nominabuntur: arſenicum ſublimatum et preparatum: qui ſcit eum bene ducere obtinet principatum: vt infra dicetur in ruptura. Modus autem ducendi ꝛ gubernandi talium certitudinaliter deſcribi non poteſt in tertio terapentice. Eſt enim arſenicum fortis ꝛ violenta medicina commouens febres ꝛ accidentia mala: in parua quãtitate magnam faciens operationem. Quantitas communis eſt medietas grani frumenti in fortibus ꝛ longe a membris principalibus plus: in contrarijs minus: melius eſt ſemper reiterare q̄ in vna vice nimis ponere per tres dies durat operatio ſua: quare interim teneat infirmus regimen: ac ſi haberet febrem ꝛ membrum ꝛ partes adiacentes cum populeone ſolatro ꝛ aceto: ꝛ alijs infrigidantibus defendantur. Quando autem conſtabit tibi per duriciem ꝛ tumorem eſcare q̄ glandula eſt corrupta: ex tunc procura caſum eſcare cum butyro lauto cum modico de farina frumenti inſpiſſato: aut cũ axungia vel aliquo non ſalito vnctuoſo. Et poſt caſum eſchare: ſi aliq̄d remanſerit cum pul. affodillorum: aut vnguẽto egyptiaco cõſumatur. ſi vero totũ eſt conſumptũ more aliorum vlcerum conſolidetur.

¶ Sexta intentio cõpletur cum ligamine de ſeta aut de pilis equorum ſtringẽdo de die in diem ligamine poſito: aut ponendo aliud quouſq̄ excreſcentia fuerit deſiccata. Iuuãdo ligamen cũ aliquo corroſiuo ꝛ ſedãdo dolorem cum albumine oui: aut oleo populeone: aut cũ aliquo ſedatiuo. Et poſtq̄ ceciderit more ſuperius dicto ꝓcuretur.

¶ De ſephyros ſiue ſcliroſi vel ſchiros: et apatibꝰ melancholicis. Cap. v.

Tempus igitur eſt iam ptrãſire ad aliud tumorum genus de humore. vꝫ melãcholico generato hñs duplicẽ drĩaꝫ ſ. verũ ꝛ nõ verum: vt ꝛ alia apata. Eſt eñi verum apoſtema qđ ex melãcholia fit naturali: que nihil aliud eſt q̄ ſanguis groſſus q̄ in maſſa ſanguinaria ad nutriendũ mẽbra melãcholica reperitur. Non verũ vero qđ fit ex melancholia nõ naturali ¶ Melancholia eſt humor frigidus ꝛ ſiccus ex groſſiori parte ipſius chili generatus. Et eſt duplex: naturalis ꝛ nõ naturalis. Naturalis eſt boni ſanguis fex ꝛ turbulẽtia i ſubſtantia groſſa: in colore declinãs ad nigredinem: in ſapore ad põticitatẽ ꝛ acredinẽ. Non naturalis eſt q̄ deuiat ad iſta infra terminos ſue latitudinis: quos ſi tranſcat nõ eſt melãcholia ſed alter humor. Qđ contingit q̄druppliciter: vno modo in ſe qñ aduritur ꝛ putrefit: ꝛ efficitur colera nigra acida que ſi proijciatur ſupra terram bullit: ſicut acetũ ꝛ muſce eam fugiunt: ſcđo modo qñ fit p aduſtionem aliorum humorũ: vt puta colere aduſte: qñ vltra aduritur: ꝛ eſt etiã ita malitioſa: q̄ bullit ꝛ muſce eam fugiunt. Qñ ſanguis et flegma adurunt. Efficitur etiam innaturalis melancholia p aduſtionẽ. ¶ Iſte eñi due ſpecies magis ſunt nites vt dicit Auicen. Gal. tamen ꝛ haliabas non faciunt mentionem niſi de duabus primis. Tertia vero efficit melãcholia inaturalis p ꝯgelationẽ ꝛ in

duratōez: aut ab extra ex phlegmone: ꝛ apa tibus de humoribus naturalibus qñ indocte infrigidant̄ aut resoluuntur: subtile tunc resoluitur ꝛ grossum petrificatur ꝛ in melancholiam reducitur. Quarto modo efficit̄ innaturalis qñ alter humor venit sibi de foris qui tñ omnes dulcorant eam: exceptis cholleris duabus adustis. ¶ Ex quibus apparet ꝙ ex melancholia q̄tuor generātur apata. ¶ Primo ex m̄lia nāli gñat̄ sephyros siue schirosis vera ꝛ certa phlegmonica q̄eta cui est aliquis sensus absq; dolore. ¶ Secundo ex melancholia innaturali ꝑ adustionē tria fiunt apata vt sephyros phlegmonides vndimiades ꝛ herisipillades. ¶ Tertio ex melancholia innaturali ꝑ congelationem et indurationem gñatur schirosis vera ꝛ certa duratica cui non est sensus nec dolor. ¶ Quarto ex m̄lia innaturali ꝑ adustionē gñantur omnes species cancroꝝ. Est aūt schirosis siue sephyros apostema durum quietum sedatū ꝛ indolorosum.

Cause ipsius sunt triplices: vt ꝛ aliorum apatum: primitiue vcꝫ vt est regiminis malicia multiplicantis melancholiam ꝛ sanguinis grossitiem. ¶ Antecedentes: humor melancholicus multiplicat⁹ ꝛ male a splene attractus ꝛ pessime a corpore expulsus. ¶ Coniuncte sunt ipsamet melancholia in particula incuneata.

Signa ꝛ iudicia sunt tumor durus cum sufficienti resistentia: ꝛ color in medio ruboris ꝛ nigroris. qualis est fecis color: vocant autem plurimi medicorū liuidum. Et si venas dignas ratione habeat particula videntur eleuata: vt in ventre multorum epaticorūꝫ excernuntur prout hec leguntur. 14. terapen. Et cum hoc adsunt signa significātia m̄liā. ¶ Apostemata melā cholica incipiunt vt plurimum appere pauca ꝛ paulatim deueniunt magna. Et quedā sunt solū in vno membro: quedā mutātur de vno membro ad aliud: ꝛ noiatur fermes ẜm Aui. ¶ Amplius apata melancholica multotiens terminantur per resolutionem: sepe tñ remanent indurata: plurimum etiam in cancrum reuertuntur.

Curatio tres hꝫ res. Prima est in vita. Scđa in materia antecedenti. Tertia in coniuncta. ¶ Vita ipsorum ordinatur in rebus non naturalibus sobria ꝛ moderata: declinans ad calidum ꝛ humidū: vtatur enim bonis cibarijs euchimijs bonum sanguinem gñantibus vt est panis frumentaceus depuratus: bonū vinū: ꝛ bone carnes gallinaꝝ ꝛ caꝑtoꝝ porcoꝝ: ꝛ brodijs ipsarum: ꝛ ꝑcipue gallinaꝝ: nam ipaꝝ brodiū reparat totam naturam. vtantur spinachijs boraginibus lupulis lactucis: et talia q̄ sanguinem habent purgare. Caueant oīa q̄ melāncholicū sanguinem gñant: que in tertio de interioribus numerantur: vt sunt carnes bouine ꝛ caprarū ꝛ asinoꝝ ꝛ camellorum vulpium lepoꝝ atq; canum ꝛ siluestriū porcorum: ꝛ vt sunt pisces bestiales ꝛ obstracosi: olerum vero brasica. i. caules rubei: ꝛ leguminum lenticula vilissimus est cibus: ꝛ panes furfurei ꝛ leguminosi. Sed ꝛ vinoꝝ que grossa ꝛ nigra ꝛ veteres casei. Caueant etiā a testis assatis frixis salatis acetosis ꝛ acutis velut sunt allia cepe piper sinapis ꝛ omnia sanguinem adurentia. Caueant ab ira ꝛ sollicitudine: ꝛ nimio exercitio ꝛ vigilijs superfluis: ventrem teneant laxum: leticiam diligant ꝛ tranquillitatem ¶ De secūdo precepit Auicen. vt corpus mundificetur et flebothometur: ꝛ ad hoc laudat hebē Mes. sene epithimum polipodium fumumterre lupulos ꝛ volubilem casiamfistu. mirabol. indos atq; lapidem lazuli dyasene dyacatholicon yera ruffini ad hoc sunt assignata.

¶ De tertio teneo me cuꝫ Auicenna ꝙ caute agatur: nam materia tante est malicie ꝙ si indocte resoluatur petrificatur: si nimis mollificatur timendum est ꝙ corrumpatur ꝛ in cancrum conuertatur: propter hoc eniꝫ ipse precipit facere duas reuolutiones: primam mollificantium: secundam resoluētiuꝫ. Et quia istas reuolutiones sigillatim esset difficile absq; errore ordinare pro tanto est tutius talia auxilia ordinare que mixtā habeant virtutem: mollificatiuam vcꝫ ꝛ resolutiuam cū quadā a principio repcussione. Ad hoc aūt Aui. ordinauit multas formas: qꝛ tñ ꝑriores sunt schirosi ex phlegmone seu herisipilla gñato vt in capl'o sequenti oñdetur Assumo post quandā refrenationem factaꝫ in principio cum aliquibus domesticis medicamen Ras. septimo Almans. Quod recipit bdellij armoniaci galbani partes equales que cum oleo de ben aut de lilio mollificato in mortario terantur: deinde muscillago fenugreci seminis lini: ꝛ ficuum que eiusdeꝫ sint quantitatis: cuius sunt omnia predicta sumantur: et omnia simul terantur donec vniātur ꝛ emplastrentur. ¶ Ad idem Gale.

cortices radicis maluauisci coctas et cum axungia galline pistatas et incorporatas summe commendat. ¶ In casu tamen in quo materia saniaretur caute procede: vt dictum est sine calefactione et incarnatione: timore tamen incancrenationis. Et si aperiatur dyaquilon sit tibi assiduus: si induratur et transiit in lapidem ad capitulum sequens recurrendum est.

¶ Capitulum adminiculatiuum superiori de sclirosi et apostemate melancholico ex melancholia innaturali per congelationem et indurationem phlegmonis generato.

Quando autem contingit vt supra dictum est quod phlegmon minus infrigidatur: ita quod materia ipsius congelatur: aut ita fortiter resoluitur quod subtile euacuatur: et remanet in particula humor viscosus et grossus quam eam indurat: et sclirum generat et de isto principaliter dicetur hic. Quandoque contingit indurari particulam propter tensionem ventositatis aut humiditatis de quo dictum est in apostemate ventoso et aquoso. Quandoque propter priuationem et desiccationem materie de quo dicetur infra de duricie iuncturarum.

Signa et iudicia eius sunt: quod est tumor durus et insensibilis: et aliqualiter indolorosus non habens alium colorem quam corporis. Igitur insensibilis quidem subintus: id est totus durus insanabilis est: dissensibilis vero non sanabilis quidem neque aut facile sanabilis in secundo ad glauconem: durus per desiccationem et marasinationem non sanatur. Satis enim est si quis prohibeat siccari non cito vt infra dicetur de macredine et pinguedine ¶ Quando in sclirosi superuenient pili non speratur sanitas. vt dicit Aui. ¶ Amplius magnum et durum quod est cum colore corporis non sanatur neque vnquam permutatur.

Cure vero eius communis intentio in 14. terap. est euacuare omne quod preter naturam in particula continetur. Modus autem proprius euacuationis est . purgare quidem oportet illud quod difficile solutum inheret. Igitur si repente simul attrahentibus et euaporantibus farmaciis tentaret quis euacuare sine mollificantibus in paucis quidem diebus videtur melioramentum accipere. Non tamen habet hoc: quia reliquum dispositionis vniuerso leptomero id est subtili euaporato insanabilem: et similem coagulationi lapidee dimittet: propterea igitur in duris dispositionibus nullum eorum que fortiter calefaciunt et desiccant farmacorum congruum est. Sola vero quecunque mollificando euaporare possunt apta sunt huic operi. puta cernina medulla vitullina et adeps caprina. Adhuc autem cum his armoniacum galbanum bdellium et storax liquida. Sed etiam radix altee: et folia maluarum siluestrium que vbicunque reperiuntur cocta et pistata cum axungia anserina seu gallinacea vtilis est valde. ¶ Aui. vero defendit axungias salitas: et addit ad predicta masticem laudanum ysopum humidam sorditiem balnei stercus asini: et feces oleorum de lilio alcanna et de cherua. ¶ Et cum apostema fuerit vehementis grossitiei: non est excusatio ab aceto. Sed in eius administratione sit cautela: quia fortiter penetrat et incidit: et neruos percutit.

¶ Et ideo Gale. in coxa sclirosata illius pueri premisit fomentationem cum oleo sambucino: deinde acetum cum armoniaco apposuit. ¶ In tenantibus vero cum lapidibus piritalibus: seu marcasitis vel rubeis molendini ignitis in aceto proiectis suffando locum magica arte: vt dicit faciebat, fomentationem: tamen cum oleo premittebat et emplastrum conueniens super apponebat. Quod magis explicabitur: dum de duritie que remanet post algebras tractabitur. capitulo de artetica in sexto.

¶ Capitulum adminiculatiuum de apostemate cancroso.

Cancer equiuocatur ad duo videlicet ad cancrum qui est aposte ma de quo dicetur hic. Et ad cancrum quod est vlcus de quo dicetur infra. Cancer ergo vt est apostema est tumor durus rotundus venosus fuscus velociter ardens inquietus calidus: et indolorosus: vide in de tumoribus preter naturam. Que vero in carne nigra peruenerit cholera mordax quidem existens corrodit cutim et vlcus operatur. Mordacior vero est qui sine vlcere operatur cancrum. ¶ Incipit autem vtplurimum obtuse secundum quantitatem ciceris: aut fabe: ita quod vix ad modum paruarum plantarum cognoscitur: demum augetur in tantum vt neque puerum lateat Gal. 14. terapeu.

Signa et indicia sunt quod habet substantiam duram liuidi colorem et tenebrosum: venas in circuitu ad modum pedum cancrorum eleuatas cum dolore: et extranea caliditate cancer ex toto genere est egritudo pernitiosa. Cancer vtplurimum accidit in mamillis et locis glandulosis, precipue mulieribus quando non habent menstrua: et viris quibus emoroydes defece-

runt. Cancer est particularis lepra. nā melā cholia adusta in vna particula incarcerata cā crum facit: aut varices: dispersa per corpus facit lepram in scdo ad glauconem. ¶ Cancer confirmatus non curatur nisi radicitus extirpetur. Et ideo de non vlcerato efficitur vlceratus. Quod tamen est pessimum iuxta illud hypo. 6. afforismorum. Quibuscunqȝ cancri abscōditi fuerint hos non curare melius est ꝙ curare. Curati enim citius pereūt non curati aūt longum tempus perficiunt.

Cura cancri non vlcerati tres habet intentiones. prima vitam ordinat. 2ª materiam antecedentem adequat: sȝ tertia locum particulariter pertractat.

¶ Prima intentio completur cum regimine dicto in schirosi siue sephyros. Et proprie qñ in cibis eorum ponuntur ea que infrigidāt ⁊ humectant ⁊ generant materiam saluam: sicut aqua ordei et pisces petrini vitella ouorum sorbilia: ⁊ similia illis. Et quādo est ibi caliditas: tunc detur lac vaccinum a quo butyrum est extractum. et de oleribus vsqȝ ad cucurbitam.

¶ Secunda intentio completur cum purgatiuis iam dictis: epithimus tamen in hoc obtinet principatum de quo. ʒ. iij. vel. iiij. cum sero caprino de 3° in 3m diem conceduntur a Gal. ⁊ yerā elli concedit Aui. In cancro ꝑm Gal. in scdo ad glauconem nō est incōgruū si non est qd prohibeat flōmare: necnon ab his euacuationibus abstineat ꝑm haliab. cum semel aut bis euacuauerit. Sed tantuȝ illd fac donec totalr humor fuerit euacuat⁹.

¶ Sed tertia intentio perficitur cum medicinis domesticis: et non mordacibus mixtaȝ habentibus virtutē refrenādi: ⁊ eu aporādi.

¶ Materia autem grossa est inobediens et male morigerata: et ideo sufficit: si totaliter non curatur ꝙ augeri prohibeatur: aut ne vlceretur defendatur ꝑȝ Aui. Et ad hoc laudat Gal. scdo ad glauconem succum morelle: et cum eo ponfiliginem addit. propter qd theodoricus vnguentum dyaponfilogon ordinauit. Q℞. ℞. olei ros. cere al. ana. vncias quinqȝ succi granorum rubeorum morelle siue solatri vncias ꝗtuor ceruse lote. ʒ. ij. plumbi vsti ⁊ loti ponfilogos qd ē tucia. añ. ʒ. ſ. thuris. ʒ. ß. fiat vnguētū. ¶ Ad idē Gal. videtur in primo meamir. ℞. litargirium puluerizatum et cerusam cuȝ oleo ro. ducendo in mortario de plumbo cum pistello eiusdem ad solem quousqȝ recipiant colorem plumbi: fiat vnguentum vt in sexto de tinea dicitur.

Quantum autem valet virtus plumbi in dispositionibus cancrosis scit ille, qui ex illis expertus est: et qui legit. nono de simplicib⁹ medicinis. ¶ Pro eadem dispositione laudat Aui. emplastrum de cancris fluuialibus et proprie cum climia. Auic. autem incidere radicitus precepit cancros paruos in locis quibus capi possunt. Et iubet exprimere sanguinem vndequaqȝ: et postea cauterizare. Et licet Gal. hoc innuat: ꝑpter timorem tamen emorrosagie et conuersionem ad vlcerationem. Ego cum regimine dicto propter scandala que vidi supersedeo. ¶ Complementum vero istius operis in cancro vlcerato tractabo iussu dei ⁊c.

Doctrina secūda

De apostematibus et exituris pustulis ꝑut insunt mēbris compositis continens capitula octo.

¶ De his que insunt capiti vt sunt apostemata: ⁊ aqua in capitibus puerorū. Ca. i.

Tales quidem igitur vt dictuȝ est quedam sunt passionuȝ sanationes ꝑm genus: exalterantur autem iuxta patientium organicorum naturas. Quatuor sunt enim que ab his indicationes sumuntur ex complexione eorum: videlicet et compositione virtute et plasmatione. ¶ Ex complexione quidem: quia calida calidioribus indigent auxilijs: ⁊ sicciora siccioribus: ⁊ sic de alijs. Carnosiores igitur ꝑm hoc breuius indigent siccari. Non carnosiores vero sufficienter vt seruetur eorum natura. Sicut enim passio ad curam indicat cōtrarium. ita particula similem. Quinto terapen. ¶ Compositio eniȝ per que: ⁊ qualiter oportet euacuari docet. Aliter autem raraꝫ aliter spissa medicanda sunt corpora.

¶ A virtute vero habetur directio acrium ⁊ domesticorum farmacorum. Nam sensibilia membra velut oculus nec acria: nec grauia sustinent farmaca insensibilia vero velut cra neum non leduntur ab eisdem. ¶ Plasmatio ⁊ positio in profundo: ⁊ superficie etiam variant medicamina: ⁊ ita apparet quando ꝑm membra organica exalterantur sanationes: non minus autem ⁊ ꝑm proprietates eorum: velut in capite testudines in oculis obtalmie in collo squinantia: ⁊ multe alie passiones ꝑm membra de quibus dicetur infra. Hic tamen de apostematibus proprijs est dicendum.

In capite enim accidunt apostemata calida frigida saniosa nodosa ⁊ glādulosa ⁊ aquosa: quorum cause ⁊ signa ex supioribus habentur. Iudicio vero sunt ꝙ talia ꝑpter cōmissuras ⁊ ꝓpinquitatē ad cerebrū sunt verenda vt est dictū in anathomia. Testudo ⁊ glandula siue talpa que adheret cranco: et cum contaminanit fm Rogerium melius est dimittere ꝗ cū trapanis vt ipse docet curare. ¶ Et ego sicut Lanfrancus vidi hominē qui habebat talpam vlceratam supra prorā capitis cū corruptione ossis adeo ꝙ ita perpendebat pāniculorꝫ motus: ac si locus esset discoopt⁹ Cui cōsului regimen palliatiuum ⁊ recessit.

Cura apostematum calidorū ⁊ frigidorum in olla capitis nō differt a cura cōi supius dicta nisi in tribus.

¶ Primo ꝙ in vita oīm passionum capitis in speciali prohibentur omnia fumosa ⁊ vaporosa. ¶ Scd̄o ꝙ in euacuatione materie antecedentis ad materias calidas appropriat electuarij de succo ros. ⁊ pillule mirabo. ⁊ de fumoterre. Ad frigidas yera. ⁊ pillule cochie ⁊ auree. ¶ Tertio circa locum ⁊ materiā cōiūctam quātum est in olla capitis appropriātur tria precepta. ¶ Primū ꝙ in principio talium apostematū nō debent apponi propria nec fortia repcussiua: ꝑpter ꝓpinquitatem mēbri principalis. Sufficiunt eīn oleum ro. ⁊ talia refrenantia largo modo dicta repercussiua. ¶ Scd̄o ꝙ qñ saniāt nō expectet mora in apiendo ne sanies contaminet craneum. ¶ Tertio ꝙ qñ apostema est magnū vt melius mundificetur debet fieri aptio fm triāgulum ad formā cifre.de.7.cuius angulus sit versus partem supiorē. ¶ Nodi vero ⁊ glandule vt superius dictum est curentur.

¶ Curatio aque in capitibus puerorum.

Aqua in capitib⁹ puerorꝫ fm Guil. de saliceto: ⁊ sectatorem eius Lanfrācum cum oleo camomillino: aut anetino in quo sulfur incorporetur resoluendo exiccet: ⁊ si est necesse fiant duo aut tria cauteria i frōte vsqꝫ ad posterius per que aqua paulatine euacuet. Et desuper lana aut stupa infusa in oleo ⁊ vino tepidis: et expressis fm Aui. apponatur.

¶ De apātibus faciei ⁊ mēbrorꝫ ei⁹. Ca.ij.

Postea ta calida ⁊ frida saniosa ⁊ nō saniosa. Nodi ⁊ glādule in facie nō variātur a cura cōi aliorꝫ nisi ꝙ incisiones non fiunt fm rugas in alijs mēbris: qꝛ musculi precipue in fronte nō sequūtur rugas: sed corporis longitudinē. ¶ In palpebris ab angulo ad āgulū pforatione semilunari dorsata fm situm oculi retro aures ⁊ mādibulas equaliter: vt dicit Aui. ¶ De obtalmia apostematibus ⁊ exituris: ⁊ sanie retro corneā. ⁊ de doloribus oculorum.

Obtalmia est apostema ꝓpriū oculorꝫ: vnde obtalmia in primo de egritudine ⁊ sinthomate dicit phlegmon inati mēbrani.i.cōiunctiue: et ipsius cōiunctiue est passio per se. Oculi aūt fm accidens est egritudo. vt dicit textus: et ita volūt oēs ꝙ obtalmia sit apostema cōiunctiue pustule vesice bothores sanies retro corneā q̄ sunt ex predictis apparet.

Cause autē obtalmie nō variātur a causis aliorꝫ apostematū vniuersalib⁹ ⁊ pticularibus nisi in tāto ꝙ reuma magis deriuatur in obtalmia a capite ꝗ in alijs apostematibus aliorꝫ membrorum.

¶ In causis aūt primitiuis fumus puluis ventus sol acuitas inissorꝫ in oculo addunt in generationē obtalmie: maxime qñ obuiant corpori plectorico. Tunc eīn fm Aui. velociter mutat in apostema manifestū: sicut mutātur febres effimere in alias febres. Sunt eīn fm hoc duo modi obtalmiarū. Quedā eīn est parua nō pertransiēs terminū: sed est sola rubedo cū humectatiōe. quedam est magna pertransiens terminū in magnitudine in qua albedo cooperit pupillā. Iesus tamē filius haliab. assignauit tres modos: qꝛ illā que mouet cām intrinsecā vocauit mediā.

Cōmunia signa obtalmiarum fm Iesum sequūtur accidentia apostematū aliorꝫ mēbrorꝫ: sicut inflatio dolor durities calor ⁊ rubedo venarū repletio ⁊ fluxus humiditatū. ¶ Signa aūt ꝓpa significātia materias accipiunt ab alchoatin ⁊ ab dizarā galas Albucra. qꝛ ex sanguine signa sunt rubedo ⁊ caliditas oculi timporꝫ ⁊ partiū adiacentiū inflatio ⁊ grossities venarū cōiūctiue palpebrarū lippitudinis: ⁊ lachrymarū multitudo extēsio: ⁊ grauitas in toto corpore: maxime in capite: ⁊ reliqua sanguinis signa.

¶ Signa ex cā colere dolor ⁊ calor fortis tactus ⁊ rubor floridus in oculo: ⁊ partibus adiacentibus. lachrymarum multitudo cū acuitate ⁊ paucitate lippitudinis: infra oculum sentit puncturam ⁊ mordicationem: ac si harena infra ipsum esset. Et signa cholere in

corpore manifestantur.

¶Signa ex cā phlegmatis sunt multa infla tio cum remissa rubedine calore ꝛ dolore: lachrymarū exhuberantia absq3 acuitate gra uitas i corpore: ꝛ reliqua phlegmatis signa.

¶Signa ex cā melancholie. sunt paucitas rubedinis ꝛ tumoris ꝛ humiditatis cum reli quis melancholie signis.

¶Obtalmia quatuor habet tempora sicut ꝛ alia apostemata principium: augmentum: ꝛ statum: et declinationem.

¶Signa principij sunt accidentia dicta par ua incipientia. Quādo autez augmentātur: ꝛ decurrunt de oculis ꝛ naribus lachryme ꝛ humores crudi: augmentum iudicatur ꝑm Jesum. Quādo est magna furia: ꝛ incipit ali qualis remissio est status. Quādo autem ab sciditur fluxus notabiliter. et mucillagines sunt pauce: ꝛ spisse: ꝛ palpebre coniungūtur: tunc est declinatio. ¶Coniunctio autem: vt dicit Jesus est de maioribus signis matura tionis. ¶Judicia lippitudinis sunt hec. lip pitudo velox cum grauitate: ꝛ bona matu ratione ꝛ equalitate ꝛ albedine: ꝛ que cito se paratur ꝛ resoluitur est laudabilis: contraria vero ꝛ granulosa est parua.

¶Obtalmia capitalis declaratur per graue dinem ꝛ dolorem capitis: ꝛ si adest rubedo ꝛ calefactio: ꝛ dolor. ꝛ pulsatio circa frontem ꝛ timpora cum extensione ꝛ venarum repletio ne ꝛ iflatiōe. Significatur ꝙ venit propter ve lamen extrinsecum. ¶Et quando predicta non adsunt ꝛ adest continuus fluxus sternu tatio ꝛ pruritus in naso ꝛ palato venit pro pter intrinsecum. ¶Et si est stomachalis: est cū nausea ꝛ vomitu: ac cōturbatione stoma chi. Dolores acuti oculorum sunt molesti. Nullū autem sinthoma inquit Gal. in quar to meamir. ita molestat laborantes sicut do lor. Mori em̄ magis vellent aliqui ꝙ̄ per to tam diem pati dolorez. Et ideo cum magna diligentia sunt sedandi dolores: ꝛ soda: quan do coniunguntur cum egritudinibus oculo rum vt dicetur infra.

¶Dolores vero mordicationez materie aut multitudinem seu ventum vaporosum in de cimotertio terap. in oculis ostendunt. Quan do in obtalmia feb. fortificatur magna pro nostica occasionum.

¶Preterea si remedia in obtalmia non con ferunt: et ipsa in oculo tardauerit. Scias ꝙ reuma descendit ad oculum: aut ꝙ materia retinetur infra tunicas: aut scabies est in pal pebra que cōtinuāt obtalmiaz. ¶Amplius scias ꝙ spēs obtalmiarū habēt periodos: et paroxismos sequētes anologiā ꝛ materiam: ex quibus fiunt in scōo de differentijs feb. et longior periodorum ꝓlongatur vsq3 ad dies septem. vt dicit Jesus. ¶Propterea scias ꝙ obtalmia est morbus cōtagiosus: ꝛ transit li benter de vno oculo ad aliu3. Jn oculis patiē te a diaria accipi bonum. septimo affoꝝ.

¶Obtalmia ꝑm gordoniū nō est negligen da: qꝛ si male curat̄ malas dimittit reliq̄as sicut rupturam cornee: maculas: et pannos tediosos.

Cura obtalmie maioris ꝛ minoris nō variatur nisi ꝑm magis et mi nus. Ultra cōem curationem apostematum alioꝝ membroru3 specificatur in quatuor re bus. Prima est in vita. Scda in materia an tecedenti. Tertia in cōiuncta. sed quarta in correctiōe accidentiū. ¶Primo em̄ specificat̄ de vita ꝙ diminuat̄ cib⁹ ꝛ pot⁹ maxime sero tinus: vitādo vaporosa: ex eis eligendo cibos pauci ꝛ laudabilis nutrimenti. Dimittendo carnes ꝛ vinum proprie in principio ꝛ in ma teria calida: ꝛ forti dolore. Et super cibum accipiat aliquid de coriādro: aut ex citonijs ad reprimendum fumos: vt non ascendant ad caput. Et stet in loco obscuro: ꝛ corā se te neat pannos virides nigros atq3 blauos: fu giat claritatem: splendorem : ꝛ fumum pul uerem atq3 ventum. coitum atq3 iram nē ia ceat super faciem sua3. immo semper teneat caput altum. ventrem laxet: somnum diligat ꝛ quietem. Nullo modo grauet oculos tactu et aspectu.

¶Secunda res cōpletur ꝑm materie diuer sitatem vt superius fuit dictum. Euacuādo diuertendo ꝛ intercipiendo materiā: ꝛ reuma ꝛ dolorem capitis sistendo cū flebothomia ꝛ euacuatione cu3 medicinis laxatiuis appro priatis: vt dictum est in capite. Et cum cliste ribus acutis et fricationibus ꝛ ligationibus dolorosis ꝑm extremitates: et cum ventosa tionibus ꝛ sectionibus seu cauterijs super spatulas et collo et emplastrationibus desic cantibus materiam reumatizantem: super caput de milio et sale et stercore columbio ca momil. auiso. et consimilibus et cauterijs punctualibus super molle capitis. Et si ne cesse est ad melius intercipiendum mate riam maxime calidam precipit Gal. in deci motertio terap. incidere venas timporales ꝛ frōtales: ꝛ eas claudere cum grano frumēti: aut thuris costi: aut aliquo corrosiuo: aut ar terias ligare queādmodū varices in duobus

locis in medio incidere: et postea incarnare: et sup frõtem et timpora cum binda ligare. Emplastrum restrictiuum factum de boloar. farina lentium de gallis psidia acatia aloe thure et similibus cum albuminibus ouorum incorporatis. Et ista totiẽs reiterare quousque habeatur intentum.

¶ Tertia reqrit ſm hebẽ Meſ. alterationẽ et digestionẽ eius qđ transmissum est: et illud cõpletur cum repercussiuis domesticis in principio: et cũ paucis resolutiuis additis repercussiuis in augmento: et cũ equalr mixtis in statu: et cũ puris resolutiuis et desiccatiuis in declinatione. ¶ Igitur in principio qñ materia est cal'a ponant ea q̃ materie acuitatem et inflammationẽ remouent et reprimunt: qualia sunt aqua roſ. et albumen oui portulaca trita: et superposita endiuia solatrum et psilij muscillago: et collirium albũ in quo est opiũ vt vult haliab. qr opium: nisi qñ dolor superat visum ebetat et confundit tertio terapẽ. Cuius forma ſm Galaf ex libro sumit Damasceni. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. gummi arab. dragagãti. añ. ʒ. ij. fiat collirĩu cum aqua roſ. Et si cũ p̃dictis cũ cotone emplastretur leuiter et absque dolore oculus esset bonum. ¶ Deinde in augmento expedit lac muliebre et muscillago citoniorum et fenugreci extractis cum aqua roſ. et collirium albũ in quo est sarcocolla. Cuius forma a Rasi est assumpta. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. sarcocolle nutrite cum lacte asine gũmi arab. dragaganti. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. ß. fiat collirium cum aqua pluuiali et emplare cũ istis: et vitello oui est satis expediẽs. Et miror multum de Gordonio qui dixit q̃ oẽs sapientes conueniunt q̃ sarcocolla non competit nisi in declinatione: et tñ in ipsa est dissol'o parua absque mordicatione qđ est necessariũ in augmento et cum hoc Raſ. Alcoatis hebẽ Meſ et Azarã eam in augmento commendãt: forte credidit qr Jesus eam in puluere p̄hibuit in principio: q̃ etiam et in alijs temporibꝰ p̄hiberet. ¶ In statu vero ponatur muscillago fenugreci cum aqua mellilotí extracta. Aut collirium albũ in quo est climia ex magno antidotario galaf acceptum. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. climie. ʒ. ij. gummi arabic' olibani ana. ʒ. j. opij. ʒ. ß. fiat collirium cum aqua fenugreci. ¶ Collirium citrinum et co'lirium rosatum ad eandem intentionẽ sunt confecta et emplastrare cum eisdem est vtile: aut cum mica panis: aut cum medulla pomorum coctorum cum aqua roſ. sief rosatum ponitur a Jesu in capitulo de liuiditate et sanie retro corneã. ℞. roſ. rub. recentiũ mundatarum a capitis fustis. ʒ. iij. viride eris batiture eris. añ. ʒ. ij. spicenardi. ʒ. ij. mirrhe. ʒ. iiij. gũmi ara. cathimie vste et lote añ. ʒ. xxiiij. croci. ʒ. vj. opij. ʒ. iij. summa medicinarum. 14. terantur et pistentur cum aqua pluuiali: et fiat sief. ¶ Sief citrinum descriptione Alexandri. ℞. amidi. ʒ. xxj. sief memite. ʒ. viij. sarcocolle dragaganti gummi arab. añ. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. et ß. mirrhe. ʒ. j. opij. ʒ. ij. confice cum aqua pluuiali. ¶ In declinatione balneum et fomentatio et piria cum aqua decoctionis roſ. camomille mellilotí fenugꝰ sunt optia: et colliria de tucia: et pulueres tũc hñt locum quorum forme sunt tres. ¶ Prima est montispessulani. ℞. tucie preparate. ℥. ß. lapidis calaminaris preparati. ʒ. ij. gariofi. clauos quinque gar. cum melle. ℥. j. vini albi. ℥. ij. aque roſ. quartam. j. camphore. ʒ. j. fiat collirium. ¶ Secunda forma est collirium de domo. ℞. tucie preparate. ℥. j. aloes succotrini. ℥. ß. camphore. ʒ. j. aque roſ. lib. j. succi granatorum quartã. j. ¶ Tertia forma est puluis quem magister Arnoldus fecit p̄ papa Joãne pro rubedine et humiditate oculorũ. ℞. tucie preparate. ℥. j. antimonij preparati. ℥. ß. margarita. ʒ. ij. floris coralli rub. ʒ. j. et ß. serici crudi de flosculo vermis. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimus: et seruetur in pixide erea: et ponatur cum stilo. ¶ Item et puluis citrinus q̃ ſm Rasim valet in fine obtalmie. Sic fit. ℞. sarcocolle nutrite. ʒ. x. sief memithe drachmas tres licij aloes ana. ʒ. ij. croci. ʒ. j. spume maris vel mirrhe. ʒ. ß. fiat puluis. ¶ Si autem materia est frigida: in principio administretur sief de spica. Cuius forma ſm hebẽ Me. ℞. sarcocolle. ʒ. v. spice. ʒ. ij. roſ. croci. añ ʒ. ij. amidi aloe gummi arabici dragaganti. ana. ʒ. j. opij. ʒ. ß. fiat sief cum aqua pluuiali. Et emplastretur oculus cum emplastro de folijs maluarum et aneto coctis cum vino.

¶ Cum autem signa maturitatis apparuerit fomentetur oculus cum aqua de coctiõis fenugreci et mellilotí: et imponatur puluis citrinus et emplastretur cum medulla panis infusa in vino et expressa: et administret meri potatio: et tunc verificatus erit totus afforismus hyppocrates. Dolores oculorũ meri potio lauachrum piria flebothomia aut pharmacia soluit. ¶ Quarta res completur corrigentibus accidentibꝰ q̃ occurrunt etc.

¶ De dolore oculorum.

In dolore oculorū administrent medicamina punctu- rarum ꝛ mordicationum narcocitatis paruꝫ habētia sedantia ẜm ꝙ exigit dispositio. De pleno ꝛ ventoso, qualia sunt ẜm Iohē Mes. albumē oui cōquassatum cum aqua papaue ris ꝛ mussilago psily cum eadē aqua extra- cta: aut cum succo pomoꝝ mandragore ac lactuce. ¶ Et quando necessitas occurret po nendum est de opio: non tamē multiplican- da sunt narcotica: q2 tardant statum ꝛ matu rationem. Et cum hoc nocent visui vt dictuꝫ est: ꝛ ad hoc laudatur collirium album cum opio. Cuius forma est superius dicta: dūta- xat ꝙ addatur de opio. ʒ. j. ꝛ istam fomenta- tionem ad hoc dictat Azaraꝫ. ℞. papaueris plantaginis. ana. partes. ij. croci memithe: aloe: gummi arab. acatie. ana. partem. j. co- quantur aqua ꝛ administrent. ¶ Istud etiā emplastrum valet ad hoc vt accipitur a. xxj. parte antidoti magni. ¶ Azarā. ℞. croci me- mithe licij aloe acatie. ana. partes equales terantur: ꝛ cum succo auricule muris ꝛ lacte mulieris puellam nutrientis fiat linimentū ¶ Nocumentum qđ prouenit ex narcoticis cum fomento decoctionis camomille, mellilo ti fenugreci remouetur. Puluis Azaram de corticibus ouoꝝ gallinarum preparatis quē appropriat Jesus ad dormitandum infirmū valet puluis tucie: ꝛ sarcocolle ꝛ zuc. quē be- ne dicit beneuentus in omni tempore obtal- mie nō placent mihi: q2 pulueres omnes in principio: ꝛ in dolore forti oculos irritant et aggrauāt: vt ipsemet Jesus confitetur.

¶ Somnus prouocatur cum narcoticis di- ctis: precipue addendo papauer ros. viol. ne nufar. sandalos cuꝫ lacte ꝛ succo iusquiami confectis: ꝛ supra proram capitis applicatis ¶ Sordities remouetur humectando palpe bras cum aqua tepida. Et aspergendo eas cum cotone subtili super stilum inuoluto.

¶ Et vniuersaliter in curatione obtalmie et egritudinum aliarum: oculorum documēta obseruent: q̄ infra in tractatu oculoꝝ dicent.

¶ De sanie retro corneam.

Et si elōgata fuerit obtalmia ꝛ sanies acciderit retro corneam: medicet cum sief de thure vtili vlceribus ꝛ saniei grosse posito a Jesu in capitulo de dubellati. ℞. ceruse. ʒ. viij. opij sarcocolle nutrite. ana. ʒ. ß. draganti gūmi ara. ana. ʒ. iiij. thuris. ʒ. j. Et ẜm Iohē. Mesue armoniaci croci. aā. ʒ. j. fiat sief cum aqua pluuiali aut cuꝫ muscillagine fenugreci. ¶ Et si cum istis nō resoluit curet cū dyaforeticis ꝛ cōsumptiuis: ad q̄ summe conferunt infusiones ꝛ stuffe ꝛ colliria data in declinatione: ꝛ in frigida obtalmia: ꝛ collirū ꝛ mirrha in. 14. terap. multum cōmenda- tur: ꝛ omnia que cōferunt in curatione aque sicut oppopona. euforbium: ꝛ similia: ꝛ balsa mus in hoc est mirabilis. Et si non pōt resol ui de consilio Jesus ꝛ Alcolati est ꝙ scindat locus cum spatumine paruo sup corneaꝫ in- ter pupillam ꝛ album: ꝛ extrahatur virus. Et Hal. dicit. 14. terap. ꝙ in tempore suo qui dam medicus oculorum curabat saniem re- tro corneaꝫ tali modo. Faciebat sedere egrū in sede ꝛ tenebat caput ipsi⁹ ex duabus par- tibus: ꝛ mouebat eum motione vehementi quousqꝫ videbat illud virus descendere in- ferius.

¶ De bothoribus ꝛ vesicis.

Precipitur ꝙ resoluant ꝛ ma turentur cum eis- dem: ꝛ si non possunt resolui: nec per incisio- nem extrahi ad decerandum oculū: vt dicet inferius de eminentia accidenti in vlceribus oculorum ligentur cum filo: post autem eru ptionem cura vlcerum regantur. ¶ De ma- cula ꝛ vestigio que sequuntur ista infra deo dante dicetur in sexto de apostemate etiā la chrymalium in de vlceribus dicetur.

¶ De apostematibus aurium.

Apostemata aurium calida ꝛ frigida saniosa ꝛ non saniosa: quedam fiunt in profundo au ris quedam in superficie: quedam in radice auris: ꝛ habent causas ꝛ signa: sicut ꝛ alia a- postemata: prout in communibus superius fuit dictum.

Judicia tñ habent ꝓpria: videlꝫ ꝙ ad ea sequunt dolores ma iores q̄ in alijs: maxime ad calida existētia i ꝓfundis ꝓꝑ vsus poꝝ auditiuū. ¶ Dolores au riū fortes sunt ꝑiculosi ad quos sepissime se quit feb. ꝛ alienatio ꝛ sincopis: ꝛ etiaꝫ mors. Et magis ꝑiclitant de dolore adolescentes q̄ senes. Unde iuuenes in septē diebus pe- reūt: ꝛ vix suppurationē expectare ꝓñt. Se- nes aūt vltra trāseūt: ꝛ eoꝝ apāta suppuran tur. Et hoc est ꝓpter diuersitatē sensibilita- tis ipsoꝝ in tertio pronosticoꝝ.

Cura taliū apostematū quātū est de dispositione nō variatur a cura oīm alioꝝ apostematū. Quātū aūt ad locuꝫ ꝛ sinthoma dolorosum diuersificat: q2 lꝫ apā ta in ꝓfundo: ꝛ supficie auriū in principio cu rent cū aliqb⁹ domesticis repercussiuis aurib⁹ appropriatis alterātibus ꝛ refrenātib⁹ ma-

teriã. Illa aũt que sunt in radicibus auriuz ⁊ emũctorijs cerebri: q̃ Gal. appellat parotidas nullo modo repcutiunt neq3 refrenãtur imo toto posse extrahunt: vt dicet infra qñ de apostematibus sub assellarũ ⁊ inguinũ tractabitur. Nõ obstante q̃ de hoc recitauerit Henricus. Dolor etiã: q2 aliquotiens supat suam causam p2euaricat ordinẽ curationis ⁊ inducit necessitatẽ narcoticorum. ¶ In cura ergo istorum apostematum pfundi videlz ⁊ superficiei aurium specificant quatuor res. Prima est in vita. secunda in materia antecedenti. tertia in coniuncta. quarta in accidẽtibus. ¶ Primũ ⁊ secunduz cõplentur per capitula cõia ẽm q̃ fuerunt completa ⁊ appropriata specificata in capite ⁊ in obtalmia.

¶ Tertium cõplet ẽm diuersitatem materie: q2 in apostemate de calida materia ĩ principio alterantia frigida domestica: q̃lia sunt ẽm Gal. in tertio meamir. oleum ros. bullitum cum aceto vsq3 ad consumptionem aceti ⁊ trociscis de glaucio. i. memitha: in quo sit. 12. pars gũmi ara. confecti cum aqua pluuiali dissoluti in vino. Haliab. ꝓo cõcedit collirĩa alba cũ lacte dissoluta. Aui. ꝓo laudat lac muliebre vice post vicẽ vsq3 in tertiũ diez Deinde post principiũ cõcedit muscillaginẽ se. lini ⁊ fenugreci: ⁊ aquaz volubilis: de qua dicit q̃ cõfert in hora. ¶ In statu ꝓceduntur vaporationes mixtaꝝ virtutũ velut decoctio ros. camomil. mellilotí administrata cũ embroto: ⁊ cũ inũctione oculoꝝ declinãtium ad aliquã claritatẽ: vt est oleum amigdalarum Et post ista Gal. ĩ tertio meamir. laudat basilicon dissolutũ cũ oleo ros. si adhuc est caliditas: ⁊ cũ oleo nardino: si fuerit remissa. Et Aui. ĩ isto casu qñ caliditas fuerit remissa iubet distillare vice post vicẽ cũ stilo cum̃ cotone inoluto adipẽ vulpis tepidã: aut lacerti: aut anatis: ⁊ butyrũ: seu medullã cruris vituli: de qua dicit Hebe. Mes. q̃ est expta. ¶ Si aũt nõ esset apostema calidum iubet administrare medicamen cõpositum cum adipe caprino melle rob ysopo humido: ⁊ oleo laurino: de lilio: ⁊ de nardo rutha: ⁊ oleũ de balsamo: etiã si tũc fieret suffumigatio cũ decoctione ysopi sansuci betonice feniculi ⁊ ruthe nõ esset malum. ¶ Et si apostemata cõuertũtur ad saniẽ medicamẽ laudat istud ab Hebẽ. Mes. ℞. farinã fabarũ: farinaz ordei: camomillã mellilotũ viol. altee decoquãtur ĩ cũ aqua ⁊ rob ⁊ oleo camomille ⁊ fiat emplastrũ ⁊ vtere. ¶ Si aũt apostema fuerit extra aurem: q2 est pauci timoris ẽm Aui. efficit emplastrũ dictũ. ¶ In bothor aũt qui fit in aure sufficit decoctio ficuũ cuz tritico. Sanies cum vino ⁊ melle: ⁊ reliqua cura vlcerum aurium curetur. ¶ Quarta aũt intentio cõplet ẽm accidentia: dolor eñ q̃d est proprium sinthomata istoꝝ apostematũ sedat ẽm materiam de qua fit. Si fit cã calida. laudat. G. in tertio meamir trocis. factos. de opio: ⁊ castoreo ⁊ vino cocto dissolutis cum eodem vino tepefacto: ⁊ suauiter cum lana molli ĩ aurem infundatur. Postq̃ autem bene fomentaueris dimittes parum quiescere: ⁊ ab extra lana in ipso orificio: ⁊ in tota aure calida apponatur. Et si eguerint iterũ fomentare rursus fomentet cauens quãtuz est possibile ne ipsum porũ tangas nec molestes. Aui. autẽ ad hunc dolorem laudat oleum ro. vel viol. tepidum. Aut albumine oui cum camphora verum oleum viol. dicit esse magis sedatiuũ q̃ rosatum: ꝓpter mollificationem que est ĩ ipso ⁊ lac mulieris cũ aqua solatri: ⁊ oleo ro. aut amigdalarũ: in quo vermes terrestres: aut q̃ reperiuntur sub vrceis aut lapidibus cum multis pedibus rotundi: vt media faba sint bulliti: ⁊ oleum de se. cucurbite, ⁊ oleũ nenufarinum: papauerinum ⁊ salicium iniecta tepida. ⁊ exterius cum lana applicata. Et Auenzoar gloriosus iubet apponi oleuz de vitellis ouorum. Qm̃ vt dicit incontinenti remouet dolorem ⁊ ꝓperat exitum saniei Si vero a spiritu ventoso aut ab humore nõ habente exitum fuerint permixte que dicta sunt cum aliquo aperientium farmacorum velut ẽm Gal. vbi supra est nitrum q̃d affronitrum vocatur: ⁊ vterq3 elleborus: ⁊ vtraq3 aristologia: ⁊ rutha centaurea radix cucumeris siluestris radix brionie ⁊ iarri siue draguntee. Et costus cinamomũ ⁊ cubebe.

¶ Propterea vt dicit scripsit multa exempla farmacorum: vt non habeat eorum inopiã: q2 non omnia in oĩbus regionibus reperiũtur: sed certa in certis.

¶ Aui. autem laudat calefactoria cum ventosa plena aq̃ calida ⁊ milio ⁊ sale ⁊ pãnis ca lefactis. ⁊ Hebẽ. Mes. euaporationem embroti factam cuz decoctione camomille: mellilotí: aneti: fenugreci caulium rubi sansuci herbe venti vel paritarie.

¶ Et oportz vt dicit Aui. vt postponat vsus narcoticorum vsquequo timeat sincopis. Et ꝓprie cũ fuerint humores frigidi. Istud eñ nocet eis valde. Qd̃ si accidit nocumentũ ex vsu narcoticoruz administra castoreum post illud solum.

¶ Glandule ꝛ scrophule que in istis locis sepissime generātur vt supius fuit dictum curant. ¶ Apostemata emūctorij cerebri i sub aure cū cordis emūctorijs dicent. Caue tñ in incisione de venis ꝛ arterijs que ibi sunt magne ꝛ grosse: ex quorū incisione multa sunt pericula: ꝛ de reuersiuo neruo qui est ibi: q2 p eius incisionē perdit vox. ¶ De alijs aūt passionibus que veniunt in facie inferius dicetur. ¶ Nam lꝫ polipus nariū ꝛ noli me tāgere alcola in principio sint apostemata seu pustule: q2 cito efficiunt vlcera cū ipsis reponentur. ¶ Apostemata oris vt squinātia tractantur de quibus satis dicetur.

¶ De apostematibus colli ꝛ dorsi. Cap. iij.

Apostemata colli sunt duplicia. qdaꝫ sunt in mēbris extrinsecis cōtinentibus: quedam in intrinsecis ɔtentis. Prima assumunt nomē generis ꝛ vocant simplr apostemata. Botia glandule: aut pustule que in alia curātur cōia. ¶ Secunda vo nomen habent proprium: quia squinantia vocātur: ꝛ pprium habent modum curandi.

De squinantia primo notifico.

Est ergo squinantia apostema gutturis ꝛ partiū ei9: viā aeris ꝛ cibi impediens. Cui9 species fm loca distincta quatuor assignat Aui. sequēdo sententiaꝫ Gal. in quarto lib. interioꝝ. Una est qñ apostema est in lacertis extrinsecis. Ita q sit apostema solum apparens extra in mēbris continentibus. ¶ Scda species est quādo est in lacertis extrinsecis versus spondilia. Ita q apostema solum apparet intus versus fauces ꝛ amigdala quādo comprimitur lingua. ¶ Tertia species est qñ est in lacertis intrinsecis ipsius meri: ꝛ tunc non apparet sensui: sed manifestat rationi per maiorē offensionem trāsglutionis q anhelationis. ¶ Quarta spēs est qñ est in lacertis intrinsecis ipsius cāne seu epigloti: ꝛ tunc etiā nō apparet sensui: sed ratiōi: q2 magis offendit anhelationem q transglutionem. ¶ Unā aliā speciem assignat Gal. in quarto interiorꝫ q vocatur strumosa: que fit pter dislocationē primi aut secundi spondilis colli: de qua in dislocationibus inferius fiet sermo.

Cause squinantie sunt sicut ꝛ alioꝝ apostematū vniuersales ꝛ particulares: fiunt eñ vt plurimuꝫ per viam deriuationis: ꝛ habent materias calidas ꝛ frigidas: vt in sermone cōi apatuꝫ fuit dictum.

Signa ꝛ iudicia. Quantum ad cās sunt vt alioꝝ apostematum. Quantum ad locum aūt fm Gale. vbi supra omnes species quandam difficultatē operātur scdm transglutionem et respirationem ꝛ coguntur stare recti: ꝛ linguam extrahere: ꝛ potius sepissime ascendit ad nares. Auicē. addit oculorum egressioneꝫ ꝛ lingue difficultatem sunt nares locutionem. ¶ Signa mala ꝛ timorosa in squinantia sunt disnia fortis ꝛ ortomonica transglutiendi magna difficultas: colli cōtractio emissio lingue ꝛ spume ad modū fatigati equi. Color malus in lingua labijs ꝛ oculis: ac etiā extremitatū frigiditas sudor frigidus et cordis defectus. ¶ Signa vo bona sunt quies somnus trāquillus alleuiatio doloris ꝛ anhelitus ꝛ trāsglutionis: et maloꝝ signorꝫ priuatio. ¶ Squinantia est egritudo breuis ꝛ periculosa: ꝛ fm hyp. tertio pnosticoꝝ. illa est pessima ꝛ citius mortifera que intus in gutture: nec extra apparet. Et que est cum dolore acutissimo in spiritū ortomico: hec aūt species in primo die: aut scdo: aut tertio: aut quarto suffocat.

¶ Altera huius species mala est quando apparet intus in gutture ꝛ non extra. Et ipsa est plus mortifera q prima. ¶ Tertia q apparet intus ꝛ extra prioribus diuturnior est. ¶ Quarta aūt species que omnino extra pminet tutior est alijs. Squinantia que nō transmutatur neq patiens putredinem expuit ꝛ dolor requiem inuenit ꝛ subito euanescit: mortem vel laboris iterationem promittit. ¶ Item quinto afforismoꝝ. quibuscunq squinantia ad pulmonē cōuertitur in septeꝫ diebus moriunt. Si vo hos effugerint empici fiūt. ¶ Propterea in sexto affoꝝ. In squinātia bonū est apostema foras exire: ꝛ membra interiora dimittere. ¶ Amplius fm Aui. omne apostema pfocatiuū aut resoluitur: aut pmutat: aut collectionē facit: aut interficit. ¶ Signa resolutionis sunt signa bona iā dicta. ¶ Signa permutationis sunt subita detumefactio cum nocumento alterius particule. ¶ Signa collectionis sunt lenitas et prolongatio vltra quartam diem.

¶ Signa mortis sunt signa pernitiosa iam dicta.

¶ Amplius squinantia cretica est suspecta. Nam fm Aui. crisis cum apostematibus pfocatiuis proculdubio est pernitiosa.

Cura squinantie conuenit cum cura apostematuꝫ cōmuniū in dieta ꝛ subtractōe materie ꝛ in applicatiōe repcus

fluor in principio: et resoluentium et maturā tium in fine: et mixtorum in medio. Differt tñ in his qꝛ repercussiua non administrantur ab extra: sed ab intra. Cum hoc etiam euacuationes et deriuationes fieri debent sine qua cunqꝫ dilatione.

¶ Specificatur ergo curatio talium apatuz in quatuor. primo in vita: scđo in materia antecedenti. tertio in cōiuncta: quarto in accidentibus.

¶ Primū cōplet: qꝛ vltra dietā cōem dictam supius fm Heb. Mes. vult. Sint cōtēti in pn̄cipio cū hydromelle et aqua zuc. deinde pcedātad aquā lenuū excorticatarum et ordei. Extinguunt eñ sitim acuitatē et inflāmationē: deide ad ius cicerum cū aqua ordei: deide gradatim ad sorbitiōes ex farina fabarum: et ex amido: et ex colatura furfuris cū melle.

¶ Post hec veniant ad vitella ouorum et similia: et nullo modo repleant se: et venter eorum semper sit laxus. Somnus eorum sit mē suratus: nam in multitudine somni timetur subita suffocatio: quare oportet qꝫ paruz dormiant: et sepe excitentur.

¶ Scđm cōpletur per euacuationes et diuersiones cum flebothomijs et medicinis laxatiuis fm materiam peccantem: et cum clisteribus acutis et fortibus fricationibus factis festinanter: quia egritudo propter mēbri operationem non dat inducias.

¶ Fiant ergo primo fricationes et ligatiōes extremitatum et statim clistere. Et post incōtinēti fiat flebothomia de saphenis: deinuz post si virtus tolerat de brachijs: et post eadē die de venis sub lingua. Et si esset possibile transglutire in crastinum detur sibi in materia cal'a diaprunus: aut diacatholicon acuatus cum electuario de succo ros. Et in frigida detur yerapigra: aut pill'e chochie: aut de agarico: et intercipiatur reuma cum milio et sale torrefactis: et super caput applicatis: aut cuz stercore columbino. Et detur ad lambendū diapapauer: aut pillule storacine teneantur sub lingua.

¶ Tertiā rem cōplent fm Gal. in sexto meamir. repcussiua in principio ab intra: et lenientia ab extra vt materia nō incineretur infra guttur: et resolutiua in fine: et mixta vt dictuz est in medio: sed non queecūqꝫ qꝛ nō vitriolū: vt ipse dicit. nam nociuū esset si descenderet ad inferiora. Sed certa et appropriata ad naturam pticule velut in principio pcedit dianucū in quo sūtus ros. balaustiarū mirtillorū et lētisci rubi gallarū sumach memite: et consimiliū stipticorum sit sigillata. In augmēto diamorcō in quo sūtus mirrhe et croci et psilium sigilletur. In fine vero dyaron in quo virtus ficuū siccarū pinguiū calamenti origani seu pulegij. ysopi saturegie: et vltra si necesse fuerit sulfuris et nitri sit sigillata: et ppie talia velut stercus hyrundinis canum et luporum et puerorum qui nutriti sint cum lupinis: et vt sūt capita alleciū piscium salitorum et herba dicta morsus dyaboli et consimilium. ¶ Dyamorō sic fit fm Gal. vbi supra. ℞. succi mororum vtrorūqꝫ partes. v. mellis partem. j. coquantur vsqꝫ ad mellis spissitudinem. ¶ Dyanucuz fit eodem modo. ℞. succi corticum nucū partes. v. mellis partem. j. coquantur vsqꝫ ad mell'spissitudinez. Et iste sunt eorum cōpositiones simplices q̄ conferunt mulieribus et infantibus et debilibus. Ego eñ inqt Gal. rōne deduct' inueni melius dyanucum incipientibus flegmonibus constructum simul cū aliquorum stipticorum dictorum augentibus ipsis cum croco et mirrha. In statu vero cum duafortatibus dictis. ¶ Dyarundinis sic fit. ℞. cineris hyrundinum. ʒ. iiij. croci nardi. mirrhe añ. ʒ. j. cōfice cū melle et fiat cōdictum. Ista autem sunt q̄ Gal. appropriat ab intra gargarizando lābēdo vngendo atqꝫ exsufflando. ¶ Ab extra in principio pcipit Aui. inuoluere collū leniter cum lana succida infusa in oleo oliue aut camomille. Deide in postremo iubet cū istis addere attractiua: sicut baurach sulfur vstum et sinapim atqꝫ castoreū: et oē qđ rubefacit et vesicat. Et ista habent locū si apa incedit via relationis. ¶ Qñ aūt tendit ad maturationem pcipit Hebē Mes. istud emplm ℞. farine ordei seminis lini ana. ℥ j. carnium dactilorum ficuum siccarum pinguium. añ. ℥. j. ß. nuscē panis quartam. ß. coquantur ola in robis et pistentur: et fiat emplastrum. Et si impinguaretur cum modico de butyro esset melius. ¶ Rogerius recipit radicis ebulorū senationuz vel cardonis benedicti absinthij ana. M. j. farine ordei: seminis lini. añ. quartam. ß. mellis. ℥. ij. axungie porci quartam. j. coquantur et pistando emplastrum. ¶ Lanfrancus. ℞. nidum hyrundinis: et fac illuz in aqua bullire diu: postea cum cribro cola. et in colatura coquantur radices lilij et maluauisci et brionie: et folia maluarum violarum paritarie: pistentur fortiter et incorporentur cū eis fermenti bene acris farine seminis lini. ana quod sufficit bulliantur: et in fine addantur olei veteris. axungie porci sine sale medicum: et fiat emplastrum. hoc enim emplastrū

miraculose dissoluit ⁊ matur at omnem sqni
nantiam. ¶ Et cum istis fiat semper garga-
rismus maturatiuus cum aqua ⁊ vino cocto
⁊ melle decoctis radicibus altee ficuum semi-
nis lini ⁊ fenugreci ⁊ similium. ¶ Matura-
to apāte p̄cipiūt ipsum rumpere si est appa
rens cum sagitella ⁊ mundificare cū mundi
ficatiuo de apio vel cum aliquo cōtum extu
rarum. Si aūt esset intus non apparens: rū
patur cū vnguibus: vel fricando cū aliquo
si est possibile. Aut cum gargarismis matu-
ratiuis ⁊ aperitiuis: vt est decoctio ficuū da-
ctilorꝫ fenugreci addēdo fermentum. Et for-
tius s̄m Aui. baurach nitrum mirrha piper
stercus hyrūdinum ⁊ lupi. semen sinapis et
harmel. ⁊ s̄m Rogerium sumatur frustum
carnium bouinarum semicoctarum: ⁊ ligēt
cum firmo filo ⁊ longo: ⁊ facias ꝙ transglu-
tiat: ⁊ dū erit in transglutiendo extrahatur
subito cum filo cum violētia: ⁊ ita rūpat apā.
Illud idem potest fieri cum spongia.

¶ Aperto apāte mundificetur cum garga-
rismis mundificantibus de vino ⁊ melle et
similibus. ¶ In materia aūt frigida in prin
cipio fiat gargarisma cum oximelle: deinde
ascendat ad cinamomum spicā ⁊ piretrum ⁊
assam fetidam. Et ponantur ab extra olea ⁊
emplastra conuenientia. ¶ Si aūt indurare
tur mollificetur cum dyaquilone mundifica
to cum axūgia gallinacea aut consimili: aut
cum aliquo de mūdificatiuis in capl'o de scli
ro ī dictis superius ⁊ inferius dicendis.

¶ Quarta res completur s̄m accidentia: vt
si dolor adest fortis fiat gargarismus cuꝫ la
cte tepido: q2 illud est laudatum apud oēs.
Et idem valet sirupus violaceus: ⁊ papaue-
rinus ⁊ penidie ⁊ muscillago: se. lini psilij: et
semina citoniorꝫ dissoluta cum aliqua aqua
stiptica: vt esset rob. plantagi. solatri. Et ha
liabas summe ad hoc commendat cassiam fi
stulam cum aqua liquiricie dissolutaꝫ. ¶ Si
autem adesset tanta strictura ꝙ non posset
transglutire ponantur ventose circuncirca
collum: vt canalis amplietur. Et quandoꝗ
dicit Auicen. intromittatur canula facta de
auro: aut de argento: ac similibus adiuuan-
do ad inspirationem. Et aliquando confert
in dilatione deglutionis ⁊ anhelitus cōpres
sio spatularum cum fortitudine. ¶ Cū q3 sq̄-
nantes vehementiores fiunt: ⁊ non volēt me
dicine: ⁊ creditur ꝙ perditio futura sit: dicit
Auicē. ꝙ illud per quod speratur euasio est
apertio cāne vel epig'oti: supple inter duos
anulos: taliter ꝙ possit anhelare dimittēdo
per tres dies ⁊ non vltra: ⁊ ex causa que di-
cetur infra donec trāsiuerit egritudinis ma
licia: ⁊ postea suatur ⁊ incarnetur. Quod pro
bat Albuc. ancille testimonio: que cum cul-
tello partem canalis pulmonis inciderat. Et
Auenzoar dictam operationem in capra pro-
bauit.

¶ De botio.

Botium est apostema siue extu
ra: aut excrescentia ī col
lo ex materia humorali in materiam malaꝫ
conuersa. Cuius cause ⁊ signa sunt vt aliorꝫ
apostematum exituralium dicta. Iudicia ta
men aliqua habent propria. Botium natura
le s̄m Albucrasim non recipit curaꝫ. Botiuꝫ
quod est intrinsecum neruus ⁊ arteris cum
securitate omnino operatur. Botiū magnuꝫ
quod occupat ambas partes est dimitten-
dum. Quocunꝗ modo botium extirpare cor
rosione ⁊ incisione in collo s̄m Arnoldum est
verendum. Botium egritudo regionalis: et
hereditaria apud multos reputatur.

Cura botij colli non diuersificatur a
cura communi aliorum botiorū
⁊ glandularum dicta superius: nisi in hoc qđ
si non possunt curari cum resolutiuis: aut cū
maturatiuis dictis in loco allegato: neꝗ cuꝫ
desiccatiuis ⁊ consumptiuis appropriatis ista
tim dicendis fiant s̄m Rogerium cum ferro
calido duo setones: vnus s̄m longum: alter
s̄m transuersum ⁊ quotidie mane ⁊ sero ex-
trahantur ad exteriora donec penitus caro
seu materia sit consumpta. Si quid tamen
relictum fuerit cum puluere affodillorum vl'
consimili deuastetur: ⁊ postea vt cetera vul-
nera curetur. ¶ Si autem est liberum: ⁊ nō
cum venis ⁊ arterijs intricatum scindat cu-
tis ⁊ discarnetur: ⁊ ipsum cum suo folliculo to
taliter vt supra dictum est: extrahatur ⁊ cu-
retur. Aut si videtur sibi expediens: vt dictū
est de scrophulis caute cum corrosiuis extir
petur.

¶ Desiccantia appropriata ⁊ experta p mas-
gistros sunt hec. Primo ab intra ordinat Ro-
gerius electuarium tale. ℞. radicis viticelle:
radicis cucurbite aggrestis ciclamis: polipo
dij brusci: sparagi: aristologie rotūde: radic'
cucumeris aggrestis: radic' iarri: radicis tas
si barbassi: spongiam marinam ⁊ palleā ma
rinam. aā. partem. i. adusta spongia ⁊ pallea
reliqua puluerizentur ⁊ conficiantur ad mo-
dum electuarij: supple cum melle de quo p̄-
cipit aliquantulum ponere sub lingua cum

E

vadit dormitum: et de mane administret vn⁹ gobelletus potionis facte cum vino decoctio nis radicis maliterre: radicis tassi barbassi: polipodij: betonice brance vrsine: et ita iubet continuare per decē: aut vndecim dies. Cū predictis etiā iubet lac porce primos fetus lactātis apponere empericum est: quare nō multum curo. Neqȝ etiam de predicto auxi lio nisi inq̄tum diureticum est: et purgatio p vrinaȝ in talibus fuit superius in de glandu lis cōmendata. ¶ Empl'a ad dissoluendū ipe cum suis magistris docet facere de radice la pacij raphani cucu. aggrestis: saxifragie co ctis: et cum axungia aliqua mixtis. Superi⁹ tñ in cap'lo scrophularū plura sunt imposita emplastra ad resoluendum et maturandum quare illuc requirant. ¶ Lanfranc⁹ ad hoc dictat aliam potionem cum vino decoctiōis parue plante nucis cum suis radicibus et pi peris. ¶ Magister Dinus facit puluerē de spongia combusta ossis sepie salis gemme et communis radic' celidonie ciperi succi cicla minis ȝinȝi. piretri bedegarum nucis cipssi pallee marine. Ego tñ addo scrophularie ra dicem et philipendule: et vtatur vt supra. Ta les autem medicine multas habent promis siones. operationes vero paucas:

¶ De apostematibus dorsi.

Quia in anathomia colli fuit posita anathomia dorsi, p tanto expe diendo dicim⁹ q̄ apā dorsi in causis et signis et cura satis conueniunt cum cōibus nisi in hoc q̄ ista magis sunt periculosa, ppter pro pinquitatem nuche que vicaria est cerebri: vt in anathomia fuit dictum: vnde in .12. de vtil'. particularū sinthomata nuche similia sunt sinthomatibus cerebri. Et ex hoc non debemus ea repercutere: ita fortiter sicut et alia. Sufficit enim a principio ponere alterā tia et refrenantia domestica: quale est oleum rosatum. Cum hoc etiam qñ saniantur non expectetur ad aperiendum perfecta matu ratio: et in aperiendo fm profundum sequat et caueatur neruorum origo: nam eorum pū ctura et incisio est periculosa. Gibbositas est proprie dorsi passio: verum q̄ pprie non est apostema: licet possit ab apostemate causa ri. Sed dislocatio dicetur infra.

¶ De apostematibus homoplatis et brachiorum. ¶ Capitulum quartum.

Apostemata homoplatis et brachiorum nō varian tur a cura cōmuni: nisi q̄ circa iuncturas anticipatur apertio ne tamen sui mora corrodat et dissipet nerruos et ligamenta: et per consequens profundetur iunctura et efficiat fistulam precipue circa cu bitum in quo maior est ligamentorū et ossiū infiltratio. Et caueatur apertio circa summi tatem: sed circa latera. nam motus et ossis de nudatio impediunt consolidationem.

¶ De apostemate post flebothomiam

Ceterum contingit brachia apā ri aliquotiens post fle bothomiā: vbi qd̄ ꝯsulit Aui. in principio est bonum vȝ q̄ ex altero brachio minuat fm q̄ tolerauerit: et super ipsum emplm de ceru sa et in circuitu de infrigidātibus fiat epithi ma. Ego aūt emplaui cū bolo ar. et albumini bus ouorum. Illud aūt q̄ dicit Iamerius de fomētatione mollificāte et resoluēte: et stupa et ligatura competit in processu rc.

Emborisma est apostema le ue ex sanguine et ventositate repletum fm Aui. quarto sui ca nonis: capitulo de fluxu sanguinis. Uñ Gal. in de tumoribus preter naturā. Arteria vero destructa emborisma hec passio vocat. fit au tem diuisa ea cum iam in cicatricem accidit preiacēs eis cutis: quia vt dicit Auicen. plu rimum fit in curuaturis collo et inguinibus p se a causa intrinseca: aut ex flebothomia. Et q̄ illa magis fit in brachio ideo ponitur in capitulo brachiorum.

¶ Cognoscitur autē huiusmodi passio per viros p̄fatos q̄ pulsat vt arteria: et premen do retrocedit. et reuertit vt rupturs.

¶ Cura ipsius fit dupliciter: vno modo cum compressione facta cum emplastro stipti co: et ligatura ad modum rupture. Alio mo do q̄ ab vtraqȝ parte arteria discooperiatur et ligetur cū filo: et illud quod erit inter duas ligaturas incidatur. Et post vt cōia vulnera curetur. Aliuȝ modū assignat Albuc. cū dua bus acubus ligando: de quo infra in eminē tia vmbilici dicetur:

Solet circa manus aliquotiens ac cidere inflatio carnosa et fleg matica q̄ a multis chyragra dr̄. Cui⁹ cāe et si gna i apostematib⁹ phlegmaticis superius sunt dicta: verūtamen que est naturalis anti qua et confirmata non recipit curationem.

¶ Cura vero curabilis non differt a cura cōi apatum phlegmaticoꝝ: nisi q꜄ ꝓpria aliqua hn̄t auxilia ⁊ cauterizationē q̄ indiget ꝼm incessum ossium rachete cū cultellari vt morb⁹ non redeat. Auxilia ꝓpria sunt hec. Primo magister me⁹ montispessulani faciebat hoc. Recipit caulium rubeoꝝ. M. v. ebuloꝝ tribuloꝝ marinoꝝ an̄. M. ij. coquant̄ cū lixiuio cinerum clauellatoꝝ ⁊ aliquātulo aceto ⁊ sale terantur: ⁊ fiat emplm̄. ¶ Consequenter ꝼm magistrum meum Ptolosanum fiat cirotheca siue bursa de bono corio ⁊ impleatur de bono lixiuio cinerum ficarioꝝ ⁊ sarmentoꝝ atqꝫ filicum cum modico sale ⁊ aceto: et in ea manus ponat̄ ⁊ taliter claudatur: ⁊ liget̄ q꜄ nihil exeat: ⁊ ipam sepe cum aqua calida in altero vase calefaciat: ⁊ hoc tm̄ continuetur quousqꝫ manus sit deinflata. ¶ Nonnulli vero primo eam balneant cum aqua decoctionis sanāti: vel alicuius rei subtiliantis: post ea cum pice ⁊ cera applicatis violēter attrahendo mollificant manum. ¶ Consequēter eam suffumigant ⁊ stuffant cū fumo eleuato ab aceto iniecto sup marchasitam: aut lapidem mollarem ignitos. Ultimo emplastrantur cū galbano ⁊ armoniaco ⁊ psil'ibus. Modi tm̄ primi mihi sunt magis experti: nihilominus in tali casu magis assuesco spōgias infusas in lixiuio forti calido in quo sit alumen ⁊ sulfur: ⁊ sal ligando stricte: vt in apātibus fuit dictum phlegmaticis: q̄s in aliquo alio. Et dicet̄ in de elephantia magis cōplete. In oibus tamen dispōnibus materia ad alteram manum cum fricationibus: ⁊ pōdere deriuetur. Et in fine cum cauterijs dictis qui vult procedere.

¶ De apatibus digitorum fistulosorum.

Nascuntur circa iūcturas digitoꝝ qn̄qꝫ apata phlegmatica dura cū colore fusco: in quorū circuitu vene eleuant̄ vlcerantia ⁊ corrodentia ossa ⁊ ligamēta: vt dicit Guil'. de sali. currēs ⁊ pmutās se aliqn̄ de mēbro ad membrū velut sephyros dictus ab. Auic. ferinos. ¶ Cuius cāe ⁊ iudicia ⁊ cura sunt sicut scrophularū squāmosarū: vngēdo a prin° cum oleo de spica ⁊ de lilio: ⁊ cū dyaqlone desup. Et si ɔtingat eā vlcerare: mūdificet̄ cū vnguēto aploꝝ: ⁊ puluere affodilloꝝ. Et si est necesse cū arsenico: sicut in scrophulis fuit dictū. Si aūt os fuerit corruptū cauterizet̄: ⁊ remoueat̄ corruptū. Nā cauteriū oēm corruptionem remouet vt dicetur: post autem curatione aliorum vlcerum curetur.

Panaritium est apa calidū exitura le: circa vnguium radices gn̄atum. Cuius cause ⁊ signa per capitula calidoꝝ apatum superius dicta habentur. Iudicia tn̄ aliqua habet ꝓpria. Qꝛ ꝼm Aui. est difficilis ⁊ vehementis doloris: ita q꜄ aliquando facit feb. alienationem ⁊ sincopim: ⁊ per consequens interficit. Et quandoqꝫ vlceratur ⁊ perducit ad corrosionem ⁊ corruptionem carnis ⁊ ossis: et per consequens ad totius digiti estiomenationē ⁊ perditionem: ⁊ emittit saniem subtilem et fetidam vt plurimum.

Cura ipsius non variatur a cura cōi nisi in maiori infrigidatione et refrenatione circa principium: ⁊ maiori sedatione doloris. ¶ Facta igitur flebothomia euacuatione ⁊ diuersione ⁊ dietatione calidoꝝ materierū infrigidetur in principio cū aceto puro: aut cū se. psilij muscillaginato: aut cū gallis ⁊ corticibus granatorū mixto. ¶ Unde haliab. dicit q꜄ sapiens Hyppo. in quarto epidimiarū cū galla viridi ⁊ aceto dolorē curabat. Camphora etiam ab Auicen. in hoc multum laudatur. In augmento ⁊ statu acetum cum farina ordei: aut cum furfure ꝑapponatur. Et in fine competit oleum cum thure et nigella ad resoluendum.

¶ Si vero collectionē facit: iuuetur ad maturandum cum muscillagine psilij cū aqua adipe mixta: aut cum isto emplastro. Et est Guill'. ℞. vitella tria aut quatuor ouorū coctorum farine fenugreci ⁊ seminis lini muscillaginis maluauisci ana. ℥. j. butyri recentis quartam. ℔. incorporentur omnia et fiat emplastrum. ¶ Et cum est maturatum perforetur perforatione subtili ⁊ parua et euacuetur quod in ipso est: ⁊ mundificetur cum melle et farina lentium et lupinorū: ⁊ aloe est de melioribus rebus ad incarnandum.

Si vero vnguis carnem pungeret abscindatur. ¶ Si vero vlceraretur cum trociscis affodillorum: aut calidicon seu arsenico desiccetur. In casu vero in quo est corruptum os discooperiatur: ⁊ os cū ferro calido cauterizetur. Cauterium enim in hoc est iuuatiuum valde: vt dicit Albucrasis.

¶ Si etiam estiomenatur scarificetur: ⁊ cura illius procuretur. ¶ Et si ambularet corruptio ad digitum: ita q꜄ de ipso timeatur incidatur ⁊ cauterizetur. ¶ In omni aūt dispositione ad intercipiendū materiā circūcirca digitū ⁊ manum cum oleo ro. aut vnguento

de bolo armeno inungatur. ¶ Dolorem autem mitigat. Auic. cum opio. & si mucillago psilij cum eo misceretur: res esset perfecta. Guil'. tñ ad hoc facit aliud vnguẽtũ i quo ha kab. ꝯsentit. ℞. olei ros. ℥. j. apij iusq̃ami añ. ℥. j. se. apij. ℥. ß. aceti. ʒ. ij. pistãdo fiat vnguẽtũ ¶ Omnia autem auxilia cum suaui panno & indolorose apponantur: quia hoc accidens superat causam suam.

¶ De apostematibus pectoris. Ca. v.

Circa regionem pectoris vel thoracis q̃ ab extra multi modi apostematum generantur: vtputa bubones sub assellis & apostemata mamillarum: & ipsarum costarum: de quibus ꝑ ordinem est dicenduz: & primo de bubonib⁹. ¶ Unde sciendũ est ꝙ bubo sumitur tripliciter proprie pro solo apostemate latitãte ad modum illius animalis circa parietes in sub assellis. Alio modo large pro apostemate generato in tribus emũctorijs. s. cerebri sub auribus: cordis sub assellis: epatis in iguinibus Alio modo magis large pro apostematibus generatis in membris glandulosis: vt in dictis: & cum hoc in mamillis. & testiculis: que licet sint nobilia & principalia: nõ tamẽ sunt necessaria ad esse indiuidui sed speciei. Et iõ sustinent aliqua repcussiua: alia vero nulla. Et ita intellexit Auicẽ. in suo quarto. Hic tamen sumitur primo et scdo modo pro apostemate emunctoriorum principaliter cordis tanꝗ̃ a principaliori membro.

Ista autem apostemata sunt calida & frigida et dura: que Auic. vocat fugillica ſm materias ex quibus fiunt. Et licet modus generationis vtplurimum sit ſm generationem et expulsionem facta a natura vt superius fuit dictũ Nihilominus attrahunt ea vlcera & apostemata extremitatum: quorum cause speciales & signa per doctrinam generalem habẽtur superius.

¶ Judicia tamen aliqua habent propria: et est vnum quod ab ipsa libenter sequitur febris. Sunt tamen ſm hypo. in quarto affõꝝ omnes in eis male preter effimeram: & causa est quia significant ꝙ tales bubones sunt germina & effectus apostematum interiorũ vt ponit Gal'. in commento. Apostemata autem interiora maxime que fiunt prope membra principalia sunt periculosa.

¶ Transgressio de mortalitate.

Et hoc manifeste vidimus in illa ingenti et inaudita mortalitate que apparuit nobis in auinione. anno domini. M. ccc. xlviij. pontificatus domini Clementis sexti: anno sexto. In seruitio cuius sui gratia licet indignus tunc existebam. Et non displiceat: quia propter ipsius mirabilitatem & prouidentiam: si iterum accideret narrabo eam.

¶ Incepit autem dicta mortalitas nobis in mense January & durauit per septem menses. Et habuit duos modos. Primus fuit ꝑ duos menses cum febre continua: et sputo sanguinis. Et isti moriebantur infra tres dies Secundus fuit per residuum temporis: cuz febre etiam continua: & apostematibus & antracib⁹ in exterioribus potissime in subassellis. et inguinibus & moriebantur infra quinq̃ dies. Et fuit tante contagiositatis specialiter que fuit cũ sputo sanguinis: et non soluz morando: sed etiam inspiciẽdo vnus recipiebat ab alio: intantuz ꝙ gentes moriebantur sine seruitoribus et sepeliebantur sine sacerdotibus. Pater non visitabat filium: nec fili⁹ patrem: charitas erat mortua: spes prostrata. & nomino eam ingentem quia totum mundum vel quasi occupauit. Incepit autem in oriente: & ita sagittando mundum pertransiuit per nos versus occidentem. Et fuit ita magna q̃ vix quartam partem gentium dimisit: et inaudita: quia legimus illam de ciuitate tracie & palestine & alias in libro epidimiarum factã a tempore hyppo. & illam que accidit ſm subiectam gentem Romanorũ in libro de epidimiis tpe Gal. & illam in ciuitate Romana tpe Gregorij: & nulla fuit talis. Quia ille nõ occupauerunt nisi vnaz regionẽ. Ista totum mundum. Ille erant remediabiles in aliquo. Ista in nullo: fuit eniz inutilis pro medicis & verecundosa: qz non erant ausi visitare propter timorem inficiendi: & quando visitabant parum faciebant: & nihil lucrabãtur. Omnes enim qui infirmabantur moriebantur. Exceptis paucis circa finem: qui cuz bubonibus maturatis euaserunt. ¶ De causa istius ingentis mortalitatis multi hesitauerunt in aliquibus crediderũt partibus q̃ iudei venenassent mundum. Et ita interfecerunt eos. In aliquibus pauperes truncati & effugiebant eos. In alijs nobiles: & ita dubitabant ire per mundum: finaliter ad tantuz deuenit ꝙ tenebant custodes in ciuitatibus & villis: & nullum permittebant intrare: nisi bene notum. Et si alicui inuenissent pulue

res aut vnguenta: timētes q̄ essent potiōes faciebant eos transglutire. ¶ Quicquid tñ ppl's diceret veritas fuit q̄ huius mortalitatis cā fuit duplex: vna agēs vniuersal'. Alia pticularis patiens. Uniuersalis agens fuit dispō cuiusdam coniunctionis maioris triū superioꝝ. Saturni. Jouis ⁊ Martis q̄ pcesserat anno dñi. M.ccc.xlv.xxiiij. die mēsis martij in. 14 gradu Aquarij. Maiores eñ ɔiunctiones: vt dixi in libello quem feci de astrologia significant res admirantes fortes ⁊ terribiles vt mutationes regnorum. Aduent⁹ prophetarū atq̄ mortalitates magnas. Et ille disponuntur, ſm naturam signorum et aspectus eorum in quibus sunt. Non ergo fuit mirū, si significauit mortalitatem admirandam ⁊ terribilem illa magna coniunctio quia non fuit solum de maioribus: imo etiā de maximis. Et quia fuit in signo humano damnum supra naturam humanam direxit ⁊ quia signum erat fixum longam durationem significauit. Incepit enim in oriēte paulo post coniunctionem: ⁊ durauit adhuc ī anno quinquagesimo in occidente. Impssit eñ talem formam in aere ⁊ in alijs elementis: q̄ sicut adamas mouet ferrum: ita ipsa mouebat humores grossos adustos ⁊ venenosos ⁊ congregabat eos ad intrinseca. Et faciebāt apostemata: ex quibus sequebantur febres continue: ⁊ sputū sanguinis in principio, dū sanies fuit valida ⁊ confundebat naturam: ⁊ post dum remissa fuit natura non tñ confundebatur: ⁊ expellebat, put poterat ad exteriora maxime ad subascellas ⁊ inguina: ⁊ causabat bubones ⁊ alia apostemata: ita q̄ illa apostemata extrinseca erant effect⁹ apostematum intrinsecorum.

¶ Cause particularis patiens fuit dispositio corpoꝝ vt chachochimia: ⁊ debilitatio et oppilatio. Et ppter hoc moriebantur populares laborantes ⁊ male viuentes.

¶ De cura fuit laboratum in preseruatione ante casum ⁊ in cura in casu. In preseruatione non erat melius q̄ ante infectionem fugere regionem: ⁊ purgare se cum pillulis aloeticis ⁊ minuere sanguinem cum flebothomia rectificare aerem cum igne: ⁊ confortare cor cum tiriaca ⁊ pomis ⁊ rebus odoriferis. Cōsolari humores cum bolo armenico: ⁊ resistere putrefactioni cum acetosis.

¶ In cura fiebant flebothomie ⁊ euacuationes ⁊ electuaria ⁊ sirupi cordiales: ⁊ apostemata extrinseca maturabantur cū ficubus ⁊ cepis coctis: ⁊ pistatis ⁊ mixtis cum fermēto ⁊ butyro post aperiebantur ⁊ curatione vlcerum curabantur. Antraces ventosabātur scarificabantur atq̄ cauterizabant. Et ego propter diffugere infamiam non fui ausus recedere. Sed cum continuis timoribus preseruaui me cum predictis quantum potui. Nihilominus versus finem mortalitatis incurri febrem continuam cum apostemate in guiali ⁊ egrotaui quasi per sex septimanas ⁊ fui in tanto periculo q̄ oēs socij mei moriturum me crediderunt: ⁊ maturato apostemate ⁊ curato vt dixi: euasi iussu dei.

¶ Post vero anno. lx. pontificatus dñi Innocentij sexti anno. viij. retrogradando de alemania ⁊ partibus septētrionalibus reuenit ad nos mortalitas. Et incepit versus festū sancti Michaelis cum botijs febribus carbunculis antracibus paulatine augmētando: ⁊ aliquotiens interpolando vsq̄ ad medium anni sexagesimiprimi. Et postea ita furiose vsq̄ ad tres sequentes menses durauit: ⁊ non dimisit in multis locis medietatem gentium: differebat tamen ab alia preterita: q: in prima plures decesserunt populares. In ista vero plures diuites ⁊ nobiles: ⁊ pueri infiniti ⁊ mulieres pauce. ¶ In qua ex dictis magistri Arnoldi de villa noua: ⁊ magistrorum montispessulani: ⁊ Parisius tale electuarium tiriacale assumpsi. Quod recipit iuniperi. ʒ. ij. ⁊ ß. gariofili. macis nucism⁹. ʒ iii ʒi. zeduarie. añ. ʒ. ij. vtriusq̄ aristologie radicis gentiane tormentille: radicis herbe cunicis diptami: radicis enule campane. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. saluie: ruthe balsamite menthe polemonon quod est pulegium ceruinum ſm magistrum Arnoldum: aut celidonia ſm magr̄m Mundinum. añ. ʒ. ſ. baccarum lauri doronici croci se. acetose citri azimi masticis: olibani: boliar. terre sigillate: spodij ossis de corde cerui: rasure eboris: marg. fragmentorū saphyri smaragdi: coralli ru. ligni aloes: sandali ru. ⁊ muscatellini. añ. ʒ. ß. conserue roſ. conserue bug'osse: conserue nenufar. tiriace probate añ. ℥. ſ. panis zuc. lib. iij. fiat electuariū cum aqua scabiose ⁊ roſ. modicum camphorata accipiebam vt tiriaca ⁊ fui preseruatus iussu dei. Cuius nomen sit benedictū in secula seculorum. Amen.

Cura bubonū ſm Auicen. est diuersa a cura aliorum apostematū in euacuatione ⁊ repulsione: eo q̄d est ſm semitam crisis: aut expulsionis ex membro pn̄cipali: tunc non oportet vt preponat euacuationem. Sed statim applicentur localia: ⁊ nō

repulsiua: immo trahentia materiam ad locum apostematum quacunqꝫ attractione: ꝛ etiam cum ventosis: vt dictum fuit in sermone generali. Si autem non est ꝯm semitã dictam: sed est ab vlceribus extremitatum: aut alia causa primitiua: ꝛ adest repletio: aut sine ea occasione doloris: vt supra .13. terapen. fuit allegatum: tunc euacuatio est radix curationis ꝛ minoratio cibi ꝛ eiꝰ subtiliatio: vt dicit Aui. ꝛ in isto casu: ꝓpter refrenare concursum in humorum principio possunt applicari aliqua alterantia cum quadam cõfortatione velut oleum ros. cum camomillino: in nullo alio casu non immo mollificantia. Nõ obstante henrico qui post euacuationem docet indifferenter ponere in principio repercussiua: mollitiua enim sint non quecũqꝫ. Sed domestica nisi in necessitate vbi domestica non sufficerent. Nam vt ait Auicen. sicut in expulsiuis est timor reditus materiei ad mẽbra principalia: ita in mollitiuis est timor attractionis superflue: quorum amborum securat euacuatio in casu. Et hoc est qꝺ Gale. dicebat in tertio meamir. parotide .i. apostemata secus aures: licet sint de genere phlegmonis: non tamen vtimur in eis: prima intẽtione phlegmatum particularum: sed cõtraria: pharmacijs attractiuis vtentes. Et si nihil dignum ratione processerint hec ꝛ vento sam afferentes. Aduertendo tamen ꝙ si vehementem impetum habet id quod influxit nil operemur. Sed nature totuꝫ dimittamus ne ex vehementia attractiõis dolor vehemens apprehendat hominem: vt propter eum ꝛ vigilie fiant ꝛ feb. aduenant ꝛ virtus dissoluatur: mitigare quidem magis tunc et non quidem operari repercussionem humorum non congruit cathaplasmatibus vtentes mitigatiuis quecunqꝫ cum moderatione caliditatem ꝛ humiditatem habentibus. Et hoc est quod dicebat in tertio terapeu. calefacere ꝛ humectare oportet totum collum ꝛ extremitatem ꝛ ipsum adenẽ .i. emunctoriuꝫ vt indolorose fiat. Prima die oleum calidũ infusa lane superponentes: non vt quidam confestim cum sale. Postea vero ea vtamur supra cum aqua calida mixto fomentando ꝛ cathaplasmando: vt resoluatur quod collectum est mitigato dolore. Si quod collectuꝫ est non potest resolui digerere ꝛ suppurare oportet illud cum cathaplasmatibus suppuratiuis velut est tripharmacum de farina aqua ꝛ oleo coctis aut aliquo superius in sermone vniuersali dicto: ꝛ postea procedere ꝯm qꝺ ibi est dictum.

¶De apostemate fugilico ꝛ indurato in emunctorijs.

Apostemata autem dura q̃ sclirosGal. fugilica Aui. vocant in dictis locis difficilia sũt ad curandum: ꝛ curatione scrophularum ea curare precipit Gal. in .13. terapen. Aui. tamẽ in his appropriat emplastruꝫ de cinere limaciarum cum adipe. Gal. easdem cum melle auctoritate Archigenis in hoc casu commendat. Multi autem duriciem incidunt ꝛ glandulas naturales euellunt. Quod ego non facio: quia post locus cicatrizando induratur contra intentionem nature: que illas ptes ordinauit molles ad repercutiendum membrorum principalium superfluitates. Quicquid tamen fiat incisiones in ſubascellis et inguinibus debent fieri: semitransuersaliter ꝯm formam lune: vt ostendit Albu. retro aũt aures equaliter inquit Aui. Et intelligo eq̃liter .i. ꝯm longitudinem.

¶De apostematibus mamillarum.

Apostemata mamillarũ quedam sunt ꝓpria quedam similitudinaria vt caseatio lactis ꝛ ingrossatio preter naturam: de quibus dicetur infra. ¶Apostemata calida ꝛ frigida in hac particula habent causas ꝛ signa apostematum communium superius dictoruꝫ: nisi ꝙ ad ea generanda in mulieribus multum facit retentio menstruorum: ꝛ ad ea curanda prouocatio eorũdẽ atqꝫ flebothomia saphenarum. ¶Habent etiam signa ꝛ iudicia aliqua propria: qꝛ in apostematibꝰ semper est aliqua caliditas: ꝛ dolor atqꝫ tumor in coagulatiõe lactis de his parum est: aut nihil. Lac etiam coagulatum expanditur equaliter ꝑ mamillam. Apostema vero in altera parte precipue quando venit ad augmentũ monstrat eminentiam: lac cum hoc non venit nisi grauidis ꝛ pregnantibus. Apostema vero in omni tempore generatur In apostematibus mamillarum timendum est de mania: iuxta illud quinto affo. Mulieribus quibus ad mamillas conuertitur sanguis maniam significat. Et licet afforismus sit Gale. suspectus: ipsum tamen modificat ac verificat: qñ sanguis repugnat cõuersioni sui mordacitate ꝛ multitudine quibus ledit ꝛ cerebrum. Lanfrancus tamen testatur ꝙ ipse vi

dit. Ego autem nunq̃ vidi: sicut nec Gal'. vidit: sicut ipse testatur in commento. Auicen. bene vult q̄ sirsen ad apãta mamillarũ seu pleuresim resoluatur: sed non econtra.

Curatio apãtum mamillarũ nullum habet ꝓprium: nisi q̄ repercussiua oportet q̄ sint domestica: propter vicinitatem cordis. Sufficit enim in calidis: vt plurimum que sunt talia in principio: sicut oleum ros. cum modico aceto: aut aqua cum aceto non frigida sed cal'a. Postq̃ autem pertransiuerit principium fiat emplastrum cum farina fabarum ⁊ folijs solatri ⁊ melliloto contrita ⁊ cocta cum oximelle ⁊ oleo sisammo aut amigdalarum. ¶ Si autem videtur facere collectionem maturetur cum emplastris maturatiuis dictis ⁊ dicendis. Et proprie cũ isto quod laudat Aui. R. mice panis quartam. j. farine fabarum: radicis maluauisci: quartam. ß. farine fenugreci. ℥ .j. ouorum coctorum vitella. iij. in numero addendũ modicum de croco ⁊ mirrha ⁊ assafetida: fiat emplastrum. ¶ Et ipso maturato aperiatur in bassiori loco s̃m formaȝ lunarem: vt ostendit Albu. ⁊ non ponatur magna tenta propter dolorem: ⁊ mundificetur vt alia. ¶ Si tñ apã esset frigidum inungatur cum oleo de spica ⁊ lilio vt alia. ¶ Et si tenderet ad duriciem. Aui. ponit emplastrum de riso cocto cum vino dulci ⁊ oleo viol'. ⁊ vitello oui. Si vero duricies conuertatur ad cãcruȝ non est consilium in curando nisi abscindere totam mamillam: quod est tamen vt supius est dictum valde timorosum. Melius enim est in tali casu palliare q̃ curare ⁊ incurrere diffamiam.

¶ De coagulatione lactis.

Coagulatio lactis que vt plurimum fit a frigido dissoluitur cum eisdeȝ dictis in apostemate frigido: ⁊ cum embrocatione aque calide decoctionis sicle: apij: menthe atq̄ calamenti. Et laudat Lanfrancus istud emplastruȝ R. mice panis mundi: farine ordei: fenugreci se. lini. añ. ℥ j. radicis maluauisci: folioruȝ malue eruce. añ. M. j. colligantur: hec duo vltima coquantur ⁊ pistentur: ⁊ cum oleo modicum incorporando: fiat emplastrum.

¶ De apostematibus parietum pectoris.

Apostemata que sunt in parietibus pectoris. Nihil habent ꝓprium nisi q̄ caute repercutiantur ꝓpter causam dictam: ⁊ s̃m incessum costarum aperiantur atq̄ longa nõ expectetur maturatio: ne sanies ad intrinseca deriuando ad intrinseca fistulam pariat. ¶ Scriptũ est aũt ab hyp. primo ꝓnosticoꝝ que intus ⁊ extra crepuerunt malum est: et commentatur per Gal'. q̄ natura non inuenit locum in quo appodiet se: sicut fundamẽtum in terra super quo generet ⁊ consolidet carnem: parit ergo fistulam cuius curatio ẽ mala: vt dicetur infra. ¶ Quomodo autem regatur fistula que in casu seu spaciositateȝ intrinsecam profundatur dicetur infra: cum de fistula fiet sermo. Que autem ab intra deuenerunt in saniem vrantur aut incidantur ⁊ si sanies est laudabilis euadere possunt. Si vero mala pereunt in septimo affoꝛum. locus in quo debet fieri apertio etiam infra dicetur ⁊ ostendetur.

¶ De apãtibus ventris. Cap. vj.

Apostemata cõmunia ex parte exteriori ipsius ventris nihil habent propriuȝ nisi que dicta sunt propria ĩ pectore: ⁊ hoc etiam q̄ cum omnibus resolutiuis ⁊ maturatiuis misceantur aliqua aromatica stiptica ⁊ confortatiua: eo q̄ propter ꝓpinquitatem quam habent ad membra nutritiua possent ea: ⁊ earum actionem toti corpori necessariam debilitare: misceantur ergo cum eis oleum nardinum vel maluinuȝ mirtinum masticinum: ⁊ oleum de absinthio ⁊ spica: que Gale. appropriat ad confortandum viscera specialiter epar. 13. terapentice In principio applicetur enim oleum ros. cuȝ oleo maluino: aut mirtino. In augmẽto oleũ camomille cum absinthio aut nardino: si vero tendant ad suppurationem: apponatur arthomel. i. panis cũ melle non purum: vt Atalus discipulus Sorani ponebat. Sed cum oleo masticino aut absinthio mixtum.

¶ De duricie stomachi.

Si autem declinant ad duricies cautissime aduerte: q2 talia apãta faciliter indurant: ⁊ indurata difficilia ⁊ piculosa sunt inducẽdi hydropisiȝ vt dicit Lanfrancus. Guill'. tñ de saliceto ap=

propriat quod sunt in orificio stomachi dyaquilon. Ego vero misceo cum eo modicum de pulvere cum oleo de absinthio malaxatum.

De duritie epatis.

Supra vero epar dictat emplastrum coe ad omnem duritiem. Quod Rx. galbani serapini oppoponacis. ana ℥. j. farine fenugreci: seminis lini. ana ℥. ij. terbentine li. ß. olei camomille. ℥. iiij. farine frumenti quod sufficit ad inspissandum ponantur gumme in oleo camomille minutim incise: et dissolvantur ad ignem: et post addatur terbentina et coletur: deinde incorporetur farina: et fiat emplastrum si tamen adderetur oleum ros. aut violatum vel absinthium propter epatis servandam esset melius.

De duritie splenis.

In duritie vero splenis. Recipe armoniaci serapini bdellij oppoponacis. ana ℥. j. olei de spica. ʒ. v. tereben. ℥. ij. farine fenugreci: et seminis lini ana ℥. j. farine lupinorum quod sufficit ad incorporandum: fiat emplastrum ut dictum est de epate. Albucrasis autem consulit in istis locis quando in eis est frigus et humiditas multa: et curationes alie non valent: cauteria punctualia tria vel quatuor secundum magnitudinem epatis: et quod non multum pertranseant ultra cutim.

De ydropisi.

Ydropisis secundum Brunum dicitur ab ydros quod est aqua: et pilis quod est passio: id est passio aquosa proprie in ventre. Est enim ydropisis quantum spectat ad chyrurgicum apostema et inflatio ventris ex materia aquosa et ventosa infacta spatiositatem ventris errore virtutis digestiue epatis generatum. Unde in quinto de interioribus sive patiendo quidem epar: nunquam fit talis passio. Patitur autem epar quandoque propter proprietatem: quandoque propter colligantiam: et hoc innuebat hyppo. secundo pronosticorum. Consurgit ab epate et ab illis: talis autem passio in epate dicitur error: et infrigidatio seu diminutio caloris naturalis ipsius facta a frigido per se et univoce: a calido vero per accidens et equivoce resolvendo calorem naturalem ipsius epatis. Et propter hoc dixit Gordonius: quod nullum mirabile est si in ydropisi de calida in eadem parte epatis est frigiditas et caliditas insimul unum tanquam formatum et coniunctum reliquum tanquam formans et antecedens: unum naturale reliquum preter naturam: unum materiale reliquum formale: unum apparens: et reliquum occultum. Ex qua infrigidatione in de tumoribus preter naturam: et sexto de egritudine et sinthomate coacervatur multitudo aquose materie in asclite: spumose vero in timpanite: flegmatice vero in anasarcha et leucoflegmatice nominate. Sunt ergo secundum hoc tres species ydropisis.

Causas ydropisis non oportet chyrurgico taliter inquirere quia dicte sunt superius in sermonibus de apostematibus phlegmaticis: perfectam et exquisitam inquisitionem recipere debent a medicis alijs physicis.

Signa communia trium specierum sunt inflatio et mala coloratio faciei: et extremorum: et debilis superfluitatum expulsio. Signa propria ascites seu asclitis sunt demagratio partium superiorum: et inflatio inferiorum. Et si venter agitetur sonat velut uter aque semiplenus: et alia signa apostematum aquosorum dicta.

Signa timpanitis sunt eadem: sed si venter percutiatur sonat ut uter plenus vento: et signa superius dicta de apostematibus ventosis. Signa anasarche sunt tumor vniversalis totius corporis. Et si caro comprimatur cum digitis dimittit post eos cavernam: et reliqua signa phlegmatis dicta: et venter non est ita inflatus ut in alijs speciebus. Signa que recipiuntur a pulsu et ab urina: et ab egestione et alijs expulsis a physicis recipiuntur.

De ydropisi hyp. iudicat in secundo pronosticorum: quod omnis ydrops in acuta febre malum. Ydropisis enim que sequitur febrem continuam vix aut nunquam curatur.

Ydropisis in complexione calida et sicca est mala: quia est cum disconvenientia particularium.

Ydropisis que provenit ab epate peior est illa que provenit a splene vel alijs membris.

Inter omnes species ydropisis asclites est deterior yposarcha salubrior et timpanites tenet medium. Quicquid autem sit ydropisis est morbus difficilis: et ideo de ipsa parum promittas. In sola asclite operatio chyrurgicalis habet locum. Et alie physicis relinquantur.

Cura ydropisis preter communia dicta in apostematibus phlegmaticis habet quedam propria. Primo quod vita

sit magis stricta et desiccatiua.

¶ Secūdo q̄ epar rectificetur. Tertio q̄ purgantia per ventrem: et educentia per vrinam sunt crebriora. Quarto q̄ ab extra ad euaporandum: et non ad suppurandum magis attendatur: et hoc erat Gal. preceptum qd̄ allegabatur superius de apostematibus aquosis in scdo ad glauconem. et septimo afforismorum in cōmēto quibuscūq; epar. ¶ Et propter hoc in asclite de quo est ꝓprius iste sermo euacuetur materia cum pillulis de reubarbaro. que fm Ras. ℞. reubarbari succi eupatorij: seminis scariole: ana ʒ. iij. agarici. ʒ. v. mezereon: id est laureole. ʒ. x. fiāt pillule. dentur. ʒ. ij. et ß. ¶ Educantur etiam humiditates per vesicam cum apozimate de radicibus qd̄ est fm Ras. ℞. corticis radicis apij: et feniculi. ana. ʒ. x. seminis apij et feniculi ameos squinātī. ana. ʒ. v. ros. rub. spice. ana. ʒ. iij. coquantur in vna libra aque donec ad tertiam redeat: et detur in potu.

¶ Et fm Gal. tertio de complexionibus: medicamē cum cantaridibus correctis per adustionem seu per gsimi ceresorum admixtionem datum cum vino in quantitate grani parui valde iuuat ictericos: et ydropicos: qr multimodam humiditatem euacuat per vrinam. ¶ Confortetur epar ab extra cum trociscis de berberis qui fm eundem Ras. ℞. succi berberis. ʒ. x. semis scariole: seminis citrulli: seminis portulace. ana. ʒ. iij. ros. ʒ. ij. reubarbari. ʒ. j. spice. ʒ. ß. fiant trocis. aur. j. detur vnus cum sirupo acetoso: ab extra vero epithimet epar cū sandalis cynamomo atq; ros. cum vino pontico. In omnibus autem predictis quādo est caliditas preter naturaz in epate addatur endiuia scariola cicorea atq; epatica. ¶ Euaporetur autem materia emplastrando ventrem cum emplastro qd̄ fit de farina ordei stercore ouino cipero sulfure nitro bolo armeno chimolea atq; limacijs cum testis suis tritis et incorporatis cum lixiuio et parum aceti. Et confricetur ad solē cum custodia capitis et epatis: q: in hoc vnguento mirabilis est caliditas solis. ¶ Et si predicta non valent vel haberi non possunt succus radicis yreos potatus de mane i quātitate duorum coclearioꝝ summe purgat eos: et per superius et īferius. Aqua etiam distillata a medianis corticibus cannarum: et floribus sambuci optima est fm Gordonium. Et si cum istis administretur propria vrina maiorem haberet efficaciam. ¶ Si autem curatio cum predictis non valet oportz vt dicit Albucrasis q̄ tu cauterizes cuz multis cauterijs clauālibus non multum ꝓfundantibus vltra cutim in circuitu vmbilici q̄tuor supra epar et splenē: et stomachum trib⁹ et super spōdilia in dorso: cuz cultellario duobus et dimitte ea aperta tempore longo. vt aquositas per ea possit expurgari. Et si in bursa testiculorum poneretur leton optimū esset. ¶ Si autem aliud non potes facere: et cum magna instantia fueris requisitus premissa pronosticatione de periculo si tu inuenies patientem fortem non debilem. iuuenē non senem: neq; puerum: et q̄ non habeat tussim: neq; fluxum: neq; aliud accidens qd̄ operationem cum ferro impediat auctoritate Albuc. haliab. et Aui. ipsum incide a parte anteriori sub vmbilico per tres digitos. Si ydropisis est ex causa itestinorum a parte sinistra: si epatis a dextra: si splenis vt possit iacere in latere minus doloroso non sup fixuram: vt aquositates non fiuant sine velocitate. Et modus est vt ponas patientem erectum coram te: aut sedentem: si non potest stare erectus. Et sint ministri penes dorsum sustinentes eum: et cum manibus aquam: ad locum incisionis ducentes. Deinde tu pellem ventris superius per spacium vnius digiti trahe. Et ibi cum rasorio sine spatumine perfora vsq; ad locum vacuum taliter q̄ aqua exire possit. Et tunc anteq̄ aliquid notabile de aqua exeat pellez dimittas vt claudat vulnus sifacis: et prohibeat vt aqua non exeat: quousq; cum crusta panis infusa in vino: aut cum simili patiens sit refocillatus. Et post pellem superius trahas: et canulam de ere aut de argento factam artificialiter imponas: et de aqua non multum: sed quantum poterit sustinere virtus infirmi extrahere permittas. Melius est enim vt ait Aui. infra subsistere: et per vices: et paulatim euacuare virtutēq; seruare q̄ totum simul et exq̄site euacuare. et infirmum ad sincopim et mortez ducere. Memorādo semper q̄ omni euacuationi annexus est casus virtutis. Et postq̄ extraxeris aliquam partem extrahe canulā et dimitte pellem descendere et claudere vulnus sifacis: et liga: et non reiteretur vsq; ad aliam diem: et iterum confortes. et nutrias patientem cum cibarijs et potibus electis subtilibus odoriferis et cōfortatiuis. In altera die per eundem modum operare: et in altera taliter faciendo donec maior pars aquositatis sit extracta. deinde consolida. Et si quid remanserit cuz desiccantibus dictis desicca.

¶ Quidā faciunt primā incisionē vsq ad sifac: deinde excoriando descendūt modicū: et ibi pforant sifac: et postea: vt dictum est procedunt: totum tamē ad idem venit: dyagonaliter tñ perforantur et dyagonaliter in vtraq forma clauduntur.

In tympanite educatur materia per ventrem et vesicā fm q de asclite dictum est et clisteria: et suppositoria de oleo ruthe cimino et baurace sunt vtilia. Epar cōfortetur etiā vt dictū est: ventositas ab intra carminetur cum dyacimino et electuario de baccis lauri: et ab extra fricetur cum allijs multotiens et vaporetur cum millio et sulphure: et quandoq necessarium est ponere ventosas.

In yposarcha bonum est euacuare cum pillulis de agarico que. ℞. agarici. ʒ. ij. succi eupatorij reubarbari: aristologie rotunde ana. ʒ. ij. fiant pillule cum oximelle squillitico dentur. ʒ. ij. ¶ Epar confortetur ab intra cū trociscis de lacca qui sic fiūt. ℞. lacce reubarba. ana. ʒ. iij. seminis iuniperi spice amigdalarum amararū: masticis squinanti costi amari rubee aristologie gētiane: succi eupatorij ana. ʒ. j. et ß. fiant trocis. ʒ. j. dentur cum apozimate de radicibus. ¶ Ab extra vero super epar epithimetur cum spica mastice cipero squinanto cinamomo calamo aromatico crocho myrrha in vino pontico resolutis.

¶ Eger quoq in sole calido cum harena calida sepeliatur: et in furno a quo exiuerint panes stuffetur: et alia fiant ad euaporandum et resoluendum materiam que videbuntur expedire.

¶ De apostematibus ancharum et partium eius. Cap. vij.

Apostemata partium ancharum: quedam fiunt in partibus cōtinentibus. Et ista in causis signis atq curis nihil habēt proprium: imo curātur sicut apostemata cōmunia aliorum membrorum. Quedam fiunt in partibus contentis: que huiusmodi conscriptionis non sunt: quedam fiunt in partibus exterius procedentibus vt in inguinibus testiculis virga vulua atq ano. De his que fiunt in inguine dictum est supra in subassellis: de alijs vero hic est dicendum.

¶ Et primo de hernia et apostematibus ossei: seu burse testiculorum que cōi noīe hernie seu ramices nuncupantur.

Hernie ergo testiculorū que dam proprie apostemata quedā similitudinarie. Proprie apostemata dicuntur: et sunt videlicet quinq. hernia humoralis: aquosa: ventosa: acetosa: atq verucosa. Similitudinarie sunt hernie: imo verius eminentie rupture seu crepature zirbalis ac etiā intestinalis. De his que pprie dicūtur apostemata dicetur hic. De alijs infra in tractatu sexto.

¶ De hernia humorali.

Hernia humoralis est apostema calidum vel frigidum saniosum vel non saniosum ex humoribus non multum declinātibus a naturalitate in bursa testiculorum generatum. ¶ Cuius cause et signa: et quasi cura est eadem: sicut apostematum aliorum membrorum: excepto q quia illa membra sunt multum sensibilia: et in loco inferiori posita. Et quasi nature emunctoria absconsa et putrefactibilia et ad ostendendū verecūda difficilioris sunt curationis. Et excepto etiam q aliqua habēt auxilia propria vt in purgando fm Aui. administrentur suppositoria: nam attrahendo materiā ad anum conferunt magnifice. Et in repercutiēdo appropriatur chimolea cum aceto non obstāte q testiculi sint membra principalia: eo quia non sunt necessaria ad esse idiuidui: sed speciei: vt superius dictum fuit. In resoluendo appropriatur farina fabarum: et aqua caulium in sedādo dolorem folia iusquiami obtinent principatum: et hoc in materia calida. In frigida vero cum farina fabarum ponitur fenugrecum et ciminum. ¶ Si vero incedant via maturationis maturentur: et aperiātur vt alia: nisi q apertura propter timorem fistule que leuiter iuxta anum generatur quā tum erit possibile ab eo elongetur.

¶ Si tamen ad duritiē conuerterentur mollificentur vt alia. Unde Aui. ad mollificādū duritiem testiculorum appropriat furfur qđ indesinenter terratur et cribelletur: et cū oximelle in quo aromaticum fuerit resolutum conficiatur. et calidum super locum ponatur et reiteretur assidue. Est enim conueniens vt dicit omni duritiei. In omnibus tamen cum ligatura coxali iuncta bracali testiculi sustineantur.

¶ De hernia aquosa et ventosa.

Hernia aquosa est apostema aquosum in bursa testiculorum: sicut ⁊ vētosa ventosum. Et est duplex: quedam est sparsa per totam bursā: quedam non est sparsa sed inclusa in sacculo ac si esset vnum ouum: vt dicit Albucrasis. que potest duci per didimum vsq₃ ad inguinem: sicut testiculus. Et aliquotiens subintrat foramē sifacis: ꝓpter qđ vidi multos deceptos credētes hoc esse rupturā.

¶ Causa istarum herniarum est debilitas virtutis digestiue ꝑcipue in epate: ⁊ ad hoc iuuat regiminis malitia vt superius fuit dictum de ydropisi ⁊ apostematibus ventosis ⁊ aquosis: ad que oportet recurrere pro complemento istorum.

¶ Signa hernie aquose sunt inflatio ⁊ grauitas cum mollitie splendor cum luciditate.

¶ Signa ventose sunt inflatio ⁊ lenitas cum resistentia: ⁊ splendor cum claritate. Et sicut aquosa venit successiue: ita ⁊ ventosa subito vt dicit Guil. de saliceto. Et etiam sicut apostemata cōmunia raro inueniuntur singularia. Ita etiam ⁊ ista vtplurimum sunt cōmixta: sed nominātur a dominatiori vt superius fuit dictum.

¶ In omni hernia apostemali cauendum est de testiculis: quia diuturna mora rerum alienarum iuxta ipsos alterat ⁊ corrūpit eos vt innuunt doctores.

¶ Cura localis supposita vniuersali dicta in ydropisi: ⁊ apostematibus aquosis ⁊ ventosis ꝫ Gal'. 13. terrap. est euacuatio aquositatis que fit per farmaca aut per chyrurgiam.

¶ Per farmaca autem completur in ambabus cum emplastris ydropisis ⁊ apostematū ventosorum ⁊ aquosorum: ⁊ ad aquosam appropriat Aui. emplastrum qđ. ℞. nitri. ʒ. x. cere. ʒ. ij. ⁊ ß. olei laurini. ℥. ij. piperis granorum lauri aā. xxvj. fiat ex eis emplastrum.

¶ Tertia est Bruni: et eā accepit a libro diuisionuz Ras. et ab Albuc. quantū ad calcē: ipa em̄ sola restringit sanguinē. vt dicit. ℞. calcis viue sanguis dra. gipsi aloes thuris vitrioli añ. partes equales: puluerizentur et cū albumine oui et tela aranee incorporenť et supra ponantur. ¶ Haliab. aūt multum cōmendat gallam cōbustam in vino vel aceto proiectaz tritāqꝫ et super arteriam applicatā. ¶ Rogerius in istis pulueribꝰ consolidam addit.

¶ De cura vulnerū venarum.

Restrictione sang. ad curaz vulneꝝ eundū est vt superius fuit dictum.

¶ Et lz fz Gal. discurabilior sit arteria q̄ ve

na: & sup. q̄ caro: nō tñ permutatus est multum vsus farmacoꝝ alterutriusq̄. Sz est idē ꝑm spēm: in eo q̄ magis & min⁹ differens: tanto em̄ indiget sicciorıbus farmacis arteria q̄ vena: & supple vena q̄ caro: quanto ad naturam siccior complexione. ¶ Si nulla ergo est substātie deperditio tentare oportet id cōsolidare cū sanguinolētis seu cōsolidatiuis vocatis farmacis. Si em̄ fuerit substātie deperditio facta in plagatione vel ꝑm casum escare in cauterijs: vel quā̄do laqueatur vtemur diīio farmacis quibus vti methodus nos docuit in concauis vlceribus.

¶ De vulneribus neruorum chordarū & ligamentorum. Cap. iiij.

Vlnera neruosarum particularū ꝑm Aui. in quarto qñq̄ sunt puncture: quā̄do q̄ scissure: qñq̄ vero attritiones. siue cōquassationes. ¶ Et q̄ puncture: quedam sunt excecate: quedā̄ aperte. Que vero scissure: quedā̄ sunt ꝑm longū. q̄dam ꝑm trāsuersum. Et vtraq̄ ipsarū: q̄dam sunt absq̄ deperditione substātie carnose: q̄dam cū deperditione tali q̄ neruus apparet denudatus. ¶ Et oīno in q̄busdam est dolor & apostematio occasio spasmandi: in alijs non: immo trāsiuit. ab istis enim differentijs indicationes sumuntur curatiue.

Cause oīm istoꝝ sunt oīa q̄cūq̄ apta nata sunt perforare incidere & cessare: vt in sermone cōi fuit dictum. ¶ Ex quibus apparet: q̄ non pōt neru⁹ vulnerari: quin caro & cutis vulnerētur: & aliquotiens vene: ex quibus contingit emorrosagia & complicatio dispositionum &c.

Signa & iudicia. Signū vulnerationis neruorum est dolor: & ad hoc adiuuat locus neruosus lesio motus et sensus. ¶ Iudicat̄ per Gal. in tertio tegni. q̄ vulnus neruoꝝ & thenantū chordaruз sunt magna & dolorosa: propter sensum particule continuationē ad cerebrū: & ꝑ cōñs apostemosa: & ad spasmū & alienationē suspecta: vt dicit Aui. In vulneribus neruoꝝ si tumor appareat: & post disparcat. hoc signū est spasmandi & alienā̄di: & ideo laxa bona: cruda ꝟo mala quito affōrismoꝝ. ¶ Propterea dicit Gal. in sexto terapen. incisio nerui ꝑm latitudinē nō totalis periculosior est totali: eo q̄ in non totali nerui nō diuisi portāt nocumentū ad cerebrum: diuisi ꝟo non: lз in totali incisiōe vtplurimū membri ꝑdat̄ opatio vt de spasmo superius fuit dictū. ¶ Ampli⁹ memorat̄ q̄ frigiduз magis est vulnerib⁹ neruoꝝ mordax q̄ carnosorum.

Curatio. Simillimā autē neruis ꝑm Gal. in sexto & thenātibus habētes spēm colligationes curā eandem tolerāt: differentē tñ ꝑm magis & min⁹ sicciorıbus tñ & fortioribus farmacis indiget colligatio p̄cipue q̄ ab osse oritur q̄ neru⁹ et thenon: q̄ vero in musculis puenit quantuз impiculosior est thenāte & neruo tanto alijs colligationibus fallacior si nō bene curetur.

¶ Curatio neruosarū particularum.

Cura igitur vulnerū ipsoꝝ easdē intētiones habet & quasi eodeз mō cōplet̄ quo & vulnera carnosoꝝ membrorūз: nisi q̄ accñs qđ est dolor: ita superat intētiones cōes & vniuersales: q̄ oportet ea: cū quibus complent̄ durāte dolore: ita mediare q̄ taliter succurratur dolori: q̄ non obliuiscant̄ intentiones cōes & vniuersales superi⁹ dicteque veз erant. p̄ria remouere extranea. scđa adducere adinuicē labia. tertia in vnum conseruare: & quarta substantiā̄ partis custodire mediatur autem modus per qđ completur ꝑm differentias iam dictas a simpliciori que est punctura incipiendo &c.

¶ De punctura neruorum.

Cura puncture non indiget vnitione nec custodia vnitoꝝ. Sed extrahere infixa: si qua sint & custodire substātiaз partis. ¶ Quō aūt extrahunt̄ infixa iam superius dictū est. Custodia substātie p̄ter qđ est remediare dolorē: & p̄hibere apostemationem q̄ possunt esse cā spasmi: vt superius dictum est. tres vel quatuor habet intētiones prima est ordinatio vite. scđa subtractio materie antecedētis. vt ratione doloris non currat ad locū. tertia est premunire corp⁹ a nocumento spasmi. Et iste tres intētiones sunt cōes oībus vulneribus neruoꝝ: sed quarta q̄ proprie puncture est sedando dolorē extrahere eruginem a profundo puncture. ¶ De prima dicit Aui. q̄ opз vt sit regimē vulnerati in neruis subtile in vltimo subtilitatis: iuxta formā̄ dictā superi⁹ de vulnere ī sermone cōi. Et vltra hoc oportet q̄ stratua

eius sit humidus ꝛ mollis: ꝛ stet in tranquillitate ꝛ quiete: vt dicit Gal.

¶ De scḋa ait Gal. in sexto ꝙ oportet absqꝫ superfluitatibꝰ custodire vniuersum corpus cū flebothomia ptis opposite: etiā si non fuerit corpus plectoricū ꝓpter dolorē vt supius sepe fuit allegatū. Et cū farmacia si corpus fuerit cachochimum.

¶ De tertia fuit dictū superiꝰ de spasmo: ꝙ qñ superuenit ipsis vulneribꝰ cōsolidetur caput collū: ꝛ dorsum totuꝫ cū oleo de lilio: aut oleo cōi calido. vt docet Gal. in sexto.

¶ Ad apostemata appropriat haliabas. et Aui. empl'ꝫ mineraliū cū aceto nō pultes putrefactiuas: necꝫ aquā calidam q̄ alios consueuit iuuare flegmones: eo qꝛ talia putrefaciūt: ꝛ deuastant neruos: ꝛ allegat eū in tertio cathagenoꝝ: in nostra tñ assumptiōe nō est. Et eius forma est. ℞. calcade. ℥. j. ꝛ quartam: dragagāti. viij. ℥. ꝛ. ß. corticū thuris. ℥. j. ꝛ. ß. lecardi galbani. ℥. j. cere. ℥. viij. olei tantūdem aceti fortis lib. ij. ꝛ quartā. terant medicine sicce cū aceto decē diebus: ꝛ soluantur ea q̄ soluunt ꝛ infundantur ꝛ misceant oia in olla ꝛ moueant motu exq̄sitissimo donec coquant. Ego tñ euꝫ nō assueui. Sꝫ illud Gal. ꝛ Aui. probaui bonū: qḋ fit de farina ordei ꝛ fabaꝝ ꝛ orobiꝫ coctis cū aqua cineris Aui. ponit in decoctione mel ꝛ acetum.

¶ De quarta q̄ est magis ꝓpria puncture cōsulit Gal. in sexto nō pauca farmaca q̄ in plaga apponunt ad effluxionē aperiendum ꝑ coribꝰ. Infallacius tñ est adaperire cutem cū rasorio aut cū tenitenio ꝛ melius vt dicit Henricꝰ. ꝛ post exiccare. vt dixit Gal. in tertio tegni. cū medicamine leptomero potente ptrāsire ad profundū pforati nerui: quale est vt ipse eligit in sexto oleū sabinū nō rof. nec mirtinū vt multi: qꝛ claudūt: ꝛ nō dyaforant calidū nō frigidū. Nā ꝼm ꝙ dictū est in quarto afforismoꝝ. frigidū inimicum est neruis.

¶ Ad hanc vero intētionē etiā ꝑ ipsummet Gal. vbi supra eligit. ꝛ p Aui. cōfirmatur terebentina atqꝫ resina p se in infantibꝰ mulieribus: ꝛ alijs mollē carnē habentibꝰ. In duris vero cū pauco euforbio. Et sequit ꝙ nos iam cōposuimꝰ vnguentū ad hāc intētionē per ceram resinā ꝛ terebentinam piceꝫ ꝛ euforbium: cere q̄dem immittentes partem. j. terebētine ꝛ picis alterutrius parteꝫ mediā euforbij parteꝫ cere duodecimā ꝛ plus: si eū volueris facere fortius. Ita aūt ꝛ populeos: ꝛ fer mellis per se: ꝛ cum euforbio ꝛ serapio ꝛ oppoponaco vsus fui in durioribꝰ corporibus molliens ea cū oleo ꝛ terebentina ꝛ sulfur nō viuum nec lapidosum propter subtilem partē ipsius sperauimus iuuare neruos plagatos in tanto oleo subtilis partis miscētes vt fiat glutinosum: probatū eñ est ꝛ hoc experientia. Et hoc etiam Auenzoar expertus est: dicit. De lota calce: qꝛ magis propria est neruis denudatis dicet infra. Supra vero medicamina stupata de suaui lana cuꝫ ligatura decente ponatur.

¶ De incisione neruorum.

Scissure neruoꝝ vltra tres intentiōes dictas indigēt alijs tribus aut quatuor intentionibꝰ spālibꝰ. prima si fuerint sine deperditione substātie: ꝙ cū carne suant. scḋa ꝙ in loco magis depēdēti aliqua tēta suauiter apponat. tertia ꝙ aliqḋ medicamē sedatiuū ꝛ incarnatiuū ꝓpriū neruis superponat. quarta ꝙ cū stupata de molli lana desuper mediocriter liget. ¶ Qḋ aūt sit vtilis talis sutura ꝓbat: eo qꝛ p taleꝫ suturā ꝯgregant ꝛ seruant in idē labia distātia: ꝛ cū hoc custodit neruꝰ ꝓpter coopturā cutis ꝛ carnis a frigiditate ipm dissipāte. Et ita vult Aui. dū dicit in quarto. Si aūt disrūpat in latitudine neruꝰ: tūc necessarium est suere ipm: ꝛ si nō: nō ꝯglutinat. ꝛ Guil. de saliceto ꝛ Lāfrācꝰ idē testant: nō obstāte ꝙ multi dicūt ꝙ Gal nō p̄cipit suere ipos: qꝛ nō poterāt ꝯsolidari: ꝛ qꝛ pūctura acus erat aduocatiua spasmi certe cū reuerētia Gale. nō ihi puit. Sꝫ si tacuit affirmauit: imo hoc certe videtur ꝯsentire in sexto terap̄. ca. q̄nto. duꝫ dicit. Abscisso vero toto neruo periculū quidē nō erit aliqḋ nocita ꝑo particula erit. sanatio vero corpis erit aliud ab alijs vlceribus supple sitis. Certū aūt est ꝙ alia vlcera suunt: vt seruent partes approximate. Et hoc etiā designauit: qꝛ i tertio tegni nullā fecit drīaꝫ curationis vulnerū neruoꝝ ab alijs: nisi de sola pūctura. Necꝫ in sexto terap̄. nisi de ipa ꝛ de vulneribꝰ nerui denudati: ꝛ de accidēte solꝰ incisi totalr ꝛ nō totaliter: ꝛ de attritiōe ipsoꝝ. Et ad hoc facit ꝙ cū tali sutura ptes neruose ventris ꝼm ipm ꝯglutineñt. Nec valet ꝙ dicūt de pūctura nerui cū acu: qꝛ pforata est: ꝛ non excecata cum pertranseat totam substantiam. Nec quod dicunt ꝙ nō cōsolidant: qꝛ si non consolidantur ꝼm primaꝫ intentionem: cōsolidant tamē ꝼm scḋam: vt dictum fuit supra. Et si dicatur ꝙ non perficit: quia ita parum postqꝫ incisus est neruus

qꝛ non consolidatur nisi ſm ſcd̃am intentionem que fit per alienam ſcd̃am perdit perforationem continuam: ita ꝙ ſpũs non feruntur: ⁊ ſic perditur motus particule. Dico ꝙ pficit ad duo. primo in pueris in quibus consolidant̃ quaſi vere. Et ſi perditur pars operationis non perditur tota. In iuuenibus vero etiam ⁊ dum magis approximantur partes nerui minus interponitur de ſubſtantia aliena: ⁊ ita aliquis ſpũs poteſt elucere: ⁊ cũ hoc membrũ magis decorat̃. Ego vidi ⁊ audiui in multis neruos ⁊ thenanton inciſos: ⁊ eos ita reſtauratos cũ ſutura ⁊ aliis auxiliis ꝙ erat poſtea incredibile ipſos fuiſſe inciſos

¶ Qꝰ aũt debeat poni tẽta ſuauis patet ꝙ aliter poſſet includi putredo ſupra: ⁊ iuxta neruum ⁊ corrumpere. Et hoc intellexit Halia. dum dixit. Cum autem vulnus in neruos ceciderit non oportebit carnem superinducere. i. incarnare penitus: donec multi ptranſeunt dies ꝙ ab apoſtemate ⁊ ſpaſmo fuerit ſecurus: hoc tamen Raſ. de ſtricto vulnere ſolum intellexit.

¶ Medicamẽ autem conueniens talibꝰ vulneribus eſt vnguentum de vermibus. qd̃. ℞ centauree minoris: lingue canis lanceolate piloſelle ſe g. conſolide maioris ⁊ minoris an̄ M. j. vermium terreſtrium lib. ß. olei lib. j. vini lib. j. ß. piſtentur ſimul ⁊ nutriantur ita ſeptem dies: deinde piſtentur cum eis ſepi arietis mundati lib. i. picis nigre reſine ana. quar. j. armoniaci galbani oppoponacis diſſolutorum in aceto an̄. ʒ. v. bullianṫ modicuȝ quouſqꝫ vinum ⁊ acetum ſint conſumpta: et colentur. Et poſtqꝫ erit quaſi infrigidatũ addatur terebentine quarta. ß. thuris maſticis ſarcocolle. an̄. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. ducendo cũ ſpatula fiat vnguentũ. eſt eñ precioſum. Conſimile ponitur a Rogerio: ⁊ addit millefolium ⁊ a Lanfranco. Nihilominus ipſe precipit ꝙ facta ſutura per duos dies fomentetur vulnus ſutum cuȝ oleo roſ. decoctionis vermiũ terreſtrium: ⁊ deſuper aſpergatur puluis cõſeruatiuus ſuturarum. Ego autem addo cũ illo puluere tantundem de vermibus dictis deſiccatis ⁊ pulueriȝatis. De vermibus ita ſcripſit Gal. xi. ſimplicium farmacoruȝ. Terre igitur inteſtina ſiue lumbrici ſubtiliant ac neruis diuiſis appoſita mirabiliter conferũt

¶ De centaurea dicitur in alio ꝙ magna et difficile conſolidabilia vulnera conglutinat ⁊ ſanat: immo teſtatur Aui. in ſecundo quod dicitur: ꝙ ſi ipſa centaurea coquatur cuȝ carne inciſa. coniungit eam. Alemani in plaga cum glutino vt dicetur ſtatim de oſſibus totum membrum ſuſtentabant: vt propter motum non impediretur conſolidatio.

¶ De neruo denudato.

Si autem neruus appareat denudatus non oportet huic neruo predictorum farmacorum vllum afferre: quecũqꝫ per euforbiũ. ⁊ ita acria emplaſtra fiunt. Non eñ ita ſuſtineret virtuteȝ ipſoꝝ ſicut per mediã cutem. Optimum tũc eſt lotam calcem cum oleo plurimo vti. Optimum etiam eſt ꝙ per ponfilicon ⁊ thuciaȝ lotam cum oleo roſ. liquefactam. Sint eñ iſta lauta eſtatis hora multotiens cuȝ bona aq̃. Quecũqꝫ eñ ex metallis ſunt lauare oportet vniuerſa debentia ſiccare inmordaciter. Bonum etiam eſt mel mixtum cum optimo rõdino ⁊ terebentina reſina atqꝫ cera: lauare etiam oportet oĩa iſta: ex oĩbus enim lauitis mundãtur ⁊ abſtergunṫ inmordaciter acres ⁊ mordaces ycores.

¶ Si vero q̃ vulneratꝰ eſt fortis fuerit: ⁊ vulnus cuȝ putrefactione multa: ⁊ cũ hoc abſqꝫ ſuperfluitatibus: tũc poſſibile eſt in eo vti aliquibus fortiorum farmacorũ. Sicut aliquotiens primo ego feci polipodii trociſcos mittens in ſyreo qd̃ vinum coctum nuncupatur apud nos: qui in aſia tepefaciẽs in aqua calida tingens in hoc teſtaritiã ⁊ lichinia appoſui: lauare etiã oportet eius ycores cum lana infuſa ĩ puro vino cocto calido. Non cũ aqua neqꝫ cum oleo: aqua eñ putrefacit neruos ⁊ oleum cõmaculat eos. Non eñ eſt ideȝ nudo neruo afferre oleum: ⁊ per mediã cutem.

¶ Si eſt autẽ neceſſarium mundificare ſuanius mundifica cum vnguento facto de vermibus: aut cum aliquo mundificatiuo ĩ quo ſint mel ⁊ terebentina ⁊ farina ordei ac fabarum: aut cum vnguento de reſina: aut cũ aliquo de dicendis in antidotario. Rotlandus cum Rogerio atteſtatur: ꝙ ſi capita neruorum inciſorum ſine tactu carnis cũ ferro candenti tangantur ꝙ optime conſolidanṫ: et ita faciunt chirurgici terre noſtre.

¶ De attritione ⁊ cõquaſſatione neruorum.

Quaſſatio neruorum ſm Gale. in ſexto quãdo ſimul cum cuti quaſſata ſit vlceratio farmacis indiget intentionem quidem ſiccandi habentibus cũ quadaȝ conſtrictione. vt eſſet a pin=

cipio oleum rosatū cū albumine ouoꝝ: ꝛ post sedato dolore vinum grossum stipticū. ¶ Si aūt absq₃ vulnere cutis fuerit quassatio fomentetur frequenter cū oleo calido dyaforetico: propterea testatur Gal. experiētia edoctus athletarū in vtroq₃ casu valere cathaplasma: qđ per oximel ꝛ farinā fabarū fit. ¶ Si vero dolor aliq̄s affuerit quassationi de pice liquida miscere op₃: ꝛ coquēdo bene apponere calida: sicut facit Lanfrancus in pedum cōtusione ꝛ contritione manus. Idem facio ego. Qñ vero siccius vis facere misce orobinā farinā: ꝛ si magis volueris siccare yreos illiricam cordis procuratio cū dieta et purgatione his cōis est vt dicit.

¶ De vulneribus ossium ꝛ cartilaginum. Cap. v.

Dicet ꝫm Gal. i sexto oēs solutiones cōtinuitatis ossiū ꝫm linguā grecorū fracture vocent. Nihilominus habet cōsuetudo latinoꝝ vocare fracturā solutionē ossis q̄ fit sine incisione de qua dicet infra. Incisionē aūt q̄ fit cum incisione de qua dr̄ hic. ¶ Est enī vulnus ossis incisio facta in osse cū ense aut aliquo alio incidente seu perforante. Que qñq₃ est totalis qñq₃ partialis. ¶ Ex quib⁹ apparet q̄ non pōt vulnerari nec icidi os q̄n incidat caro et particule supiacentes. quare cōtingunt sepe accidentia de fluxu sanguinis: ꝛ dolore que dant indicationem.

Signa sunt manifesta. ¶ Gal. indicauit in tertio tegni: ꝛ sexto terap. q̄ fractura ossis vel incisio nō restauratur ꝫm primā intentionē: ꝫm vero scđam cōsolidatur ꝛ ligat p porū sarcoydē ligantē partes ossis diuisi: excipit tñ os puerile qđ ꝫm primā intentionē cōsolidari pōt. Causa vero reddita fuit in sermone cōi. ppterea hyp. in septimo afforismoꝝ. indicat q̄ in osse denudato herisipilla malū: l₃ raro accidit ꝫ Gal. in cōmento. ¶ Amplius recordare q̄ frigidū summe nocet ossib⁹ denudatis: ppterea ꝫm Rogeriū ꝛ Lanfrancū incisio totalis magnorum ossiū vt adiutorij coxe ꝛ duorū focilium insimul taliter q̄ exeat medulla est periculosa. ꝛ vtplurimum mortificans membꝛū: ꝛ cā est: q: in tali magna incisione incidunt vene ꝛ arterie: ꝛ nerui magni q̄ portabant vitā mēbro. Non obstante Guil. de sali. q̄ hoc negat propter malum intellectum Auicen. in quarto qui dixit. Et quod dicitur de incisione medulle: q̄ interficit est intētio cui nō est vtilitas: habet enī medulla lenitatē ꝛ viscositatē ꝛ nō incidit. Aui. vero hoc intellexit de fractura sine vulnere: qua credo q̄ medulla nō inciditur: l₃ elongari possit ppter viscositatem eius: sed q̄ nō possit incidi in totali incisione ossis q̄s dubitat. Et forte intellexit q̄ nō moritur ppter deperditionē medulle: sicut ꝛ ego credo. ꝛ Albuc. testatur de illo iuuene. 30. annorum: quē curauit de perditiōe ossis cruris cum extractione medulle: maxime q: restaurationē habet: sed q: nō homo: sed membrū posset mori: amputatis vijs p vnde venit vita: nō cōsonat cū hoc qđ est dictū in sermone cōi: organica enī videtur incisio vbi multitudo omoimeroꝝ est incisa: quorū vnitio est impossibilis in tertio tegni. Summe tñ est cauēdum ne extrahatur aliqđ ossis lesi cū violentia: neq₃ subito. Nam qđ extrahit ita nō euacuatur q̄n faciat accidere fistulā ꝛ timorem spasmi ꝛ pmixtionis ꝛ fe. vt dixit Aui. in q̄rto melius aūt est extrahenda: aliquātulū dimittere ꝛ naturā cum aliquo medicamine attractiuo adiuuare: vt superius de extractione sagittarū fuit dictum: q̄ₚ ea subito cū violentia extrahere.

In curatiōe vulnerū ossis de intentionibus cōib⁹ specificantur quatuor. prima est extraneis infixis ꝛ frustulis si sint extractis adducere partes separatas ad inuicē. ꝛ suere pfunde ꝛ firmiter vulnus carnis. scđa eligere cū quibus auxilijs medicabit. tertia est ligare taliter q̄ vuln⁹ q̄n erit necesse possit mutari absq₃ qđ dissoluat totalis ligatura ꝛ firmatura. quarta. q̄ postq̄ₚ securatus fuerit ab apate regimē fiat taliter q̄ porus generetur.

¶ Quo complet primū dictū est in sermone cōi de sutura. Et q̄ sutura vulneris carnis sit vtilis in pposito sic probat. Q: illud qđ facit ad appropinquationē disiunctoꝝ ꝛ conseruationē adiunctoꝝ ꝛ custodiā substantie partis est vtile in pposito: vt p₃ in sexto terapen. ꝛ inferius de fracturis declarabitur magis. sed talis sutura est hmōi: q: caro sibi coniuncta tenet ppinquatas ptes: ꝛ stat loco ligature ꝛ assellę: ꝛ est defensoriū vt aer nō alteret os ipm: in quo multū est aduertendū. ergo ꝛc. Et Gal. videbatur hoc sentire vbi supra. dum dixit q̄ eoꝝ farmaca iubet hyp. esse sanguinolēta. Melius aūt medicamen vulnerum sanguinolentoꝝ est sutura ꝛ ligatura. Aui. aūt hallab. ꝛ Albuc. p totū de fra

cturis cum vulnere iam illud preceperunt. Guil. etiam de saliceto et Theodoricus atq̄ Henricus idē voluerunt. Et nō obstante Lanfranco q̄ generalē regulā cōstituit q̄ in vulneribus in q̄bus ossa sunt vulnerata nunq̄ caro debet sup os p medium cōsolidari: nisi os plenarie prius reparet̄. Quō enī reparabit̄ os nisi p carnē mediam nescio: nōne nutrimētum a quo fit porus venit a carne: credebat q̄ nihil nutrit vera nutricatione: nisi veniat a stomacho ad epar: et ad venas disseminatas per carnē. Et dehinc ad ossa de virtutibus naturalibus p totum. ¶ Carne enī dimittēdū est repleri vulnus: et ipsa cū desiccatiuis inducanda vt fiat porus et caro desup callosa nō alia: q̄ cōcauitas incurabilis remanet: vt dicebatur in tertio terap. ca. scdo. ¶ Scdm cōpletur q̄ facta sutura in loco magis decpēdēti ponat̄ tenta vt si quid remāserit extraneū de frustulis aut de sanie si generat̄ per hunc valeat expurgari. Desup vero ponat̄ puluis cōseruatiuus suturarū et albumen oui in primis diebus. Et post sup incarnatiuū cōe de puluere illo cū terebētina insimul incorporato: et deinde de aliis: fm q̄ videbitur expedire apponat̄: et tentula cū melle ro. in quo sit puluis incarnatiuus cū mirrha: q̄ fm Aui. cooperit ossa denudata humectet̄. Et si os eēt detectū cū tali puluere et lichiniis bn̄ carpie cooperiatur: et desup emplm̄ et stupata balneata in vino calido applicetur. ¶ Tertiū complet̄. si os est totaliter incisum q̄ facta sutura totum membrū: vt Ras. precipit inuoluat̄: excepto vulnere cū panno duplicato in primis diebus infuso in albumine ouorū et postea in vino calido stiptico: et liget̄ cum binda longa et lata fm membrū et incipiat̄ versus finem mēbri: et voluendo vsq̄ prope vulnus faciat eā trāsire p partem oppositam vulneris. Et deinde ascendendo versus corpus vertēdo bindam voluendo reueniat inferius quousq̄ sit prope vulnus. Et tunc faciat eā transire p partem oppositam supra aliā vt veniat ad locū vbi incepit: et ibidē finem suū cum suo principio nodet: et ita remanebit vulnus discoopertum. Deinde ponantur due vel tres asselle bene polite et aptate fm membrū cooperte et munite de bono panno taliter sustinēdo mēbrum q̄ nō cooperiat vulnus: et ligentur cum bindello. Et hoc nō dissoluat̄ quousq̄ sit curatus: nisi dolor aut pruritus seu apostema cōpellat. Ad que quō succurrat̄ in sermone cōi fuit dictum. Et vulnus ab extra cū stupatis et bindellis liget̄. et qualibet die remutet̄ et mundificet̄ et exiccetur: et vt cetera vulnera tractetur. ¶ Nōnulli vero vt supra fuit dictū de neruis in isto casu et in vulneribus neruorum glotonicū: et instrumentū mechanicū factum cum duabus astellis et ligno rotundo in clausura manus et plato in sola pedis ligando superius apponunt: et ita prosequuntur curam vt prius. ¶ Quartum quō completur dicetur infra: q̄n tractabitur de fractura iussu dei. ¶ De duritie quō consequitur solutiōes et algebras in sexto de artetica et passionibus coniuncturarū: et in antidotario dicetur.

Doctrina. ii. De spāli cura vulnerū prout insunt membris organicis cōpositis.

¶ De vulneribus capitis. Cap. j.

Tanquam Gal. et Aui. de diuersitate cure membrorum organicorum extrinsecorum nō determinauerint exquisite: nisi de capite et ventre. Nihilominus q̄ aliqua diuersitas in aliis particulis fm diuisionē datam superius: saltem in ligādo suendo situando et aptando instrumenta et modū applicādi medicinas inueniendo: a particulis enī organicis sunt huiōi medicationes fm G. in. v terapen. sicut que in siccando a substātia eorum que in omiomeris. Quatuor enī sunt indicationes q̄ a natura particularum sumūtur vt in doctrina scda tractat' apostematū fuit dictum pro tanto gratia inueniēdi: pro quibus est huius cōscriptio tractabunt̄ vulnera fm particulas organicas ex quo sunt tractata in doctrina p̄cedenti fm omiomeras et consimiles particulas a capite incipiendo &c.

Caput quādoq̄ cōtingit vulnerari cum incisione: q̄nq̄ cum cōtusione et vtraq̄ quādoq̄ est absq̄ vulnere et fractura cranei q̄nq̄ cum fractura eiusdē. Et que cū fractura. q̄dam est penetrās: quedam nō penetrās Et vtraq̄ quedam parua: quedā vero magna et cum hoc quedam sunt pure: quedā cū accidentibus de dolore et apostemate et panniculorum lesione cōposite. Iste sunt diuisiones cōes vulneribus capitis. Spāles vero tales sunt vulnera cum incisiōe cranei penetrātia: quedam sunt sine deperditione substan-

tie: quedam vero cum perditiõe eiusdem. Et vtraqꝫ istorum quedã sunt plana ⁊ equalia quedam aspera ⁊ squãmosa. Et vtraqꝫ etiã istorum: quedã sunt in sũmitate capitis: quedam in lateribus. Etiam vulnus cũ contusione ⁊ fractura cranei penetrãtia: quedam est parua talis ꝙ nõ facit compressionem neqꝫ compunctionẽ supra cerebrũ: quedã vero est ita magna ꝙ cõpressionem ⁊ punctionem faciit in ipso. ¶ Iste sunt differentie proprie vulneribus capitis a quibus sumuntur indicationes curatiue que sunt: assumpte ex dictis Pauli sexto lib. suo de fractura cranei. G. autem nõ fecit mentionem nisi de illis in quibus erat maior diuersitas .s. de simplici fractura magna. In sũmitate capitis ⁊ in lateribus facta penetrante: ⁊ nõ penetrante et de paruis autem fracturis nõ curauit: qꝛ solum erãt forma ⁊ sedes eorũ que percusserũt Et cum hoc determinauit de magnis contusionibus: vt videbitur infra. Albu. vero vltra illas addit vnaꝫ in qua facit ingredi laminã ossis ad interiora: ⁊ fit in loco cõcauitas: sicut accidit caldarijs eris qñ occurrit eris pensio qđ plurimum fit in capitibus puerorũ. Nõ nulli vero ex dicto Aui. in quarto volunt dicere ꝙ est alia que nõ est fractura in parte i qua percutitur: sed in opposita que diuisio est reprobata in sexto chirurgie Pauli. Auic. nõ videtur curasse nisi de vulneribus carnis cum incisione ⁊ cõtusione: ⁊ de fractura etiaꝫ cum incisione ⁊ cõtusiõe cum vulnere carnis ⁊ sine ipo: qꝛ ꝑ diuisiões cõium fracturarum intellexit differenitas dictas.

Cause vulnerum capitis sũt que aliorum vulnerum dicte superius in sermone communi.

Signa et iudicia fracturarum capitis est intelligendum ꝙ qđam significãt fracturam cranei: quedam incisionẽ cerebri ⁊ panniculorum eius: qđam apostemationẽ qđam lesionẽ causatã ex materia descendẽte ⁊ grauãte cerebrũ ⁊ panniculos eius.

Signa fracture cranei sumũtur a multis. ¶ Primo sumuntur a cõsideratione cause frangẽtis: vt qꝛ cecidit ab alto: aut fuit percussus cũ re forti. ¶ Scđo a ↄsideratione quantitatitis lesionis qꝛ magna cõtusio: aut magnum vulnus. ¶ Tertio a qualitate loci qꝛ dolet ⁊ sepe ducit manũ ad locum ⁊ cum digitis ⁊ probis percipitur tenuitas in cute: ⁊ separatio ab osse: ⁊ qñ sufflat: aut anhelitũ retinet videbitur humiditas pullulari per fissuram. ¶ Quarto ab accidẽtibus q̃ occurũt i hora: vt apoplexia scotomia destructio vocis vomitus ⁊c. ¶ Quinto a cõsideratiõe soni: qꝛ rauce sonat: dum eius caput percutitur cum virga. ¶ Sexto a cõsideratione stridoris dentium: strident eñ dum percutitur filũ quem tenẽt cum dentibus ⁊ dum conantur frangere nodum palee: aut rem durã ledunt ¶ Septimo a cõsideratione encaustri ⁊ linimenti masticis super fissuraꝫ: qꝛ remanet nigredo in fissura ⁊ siccitas in linimento supra locum fissure: ⁊ hoc est signum certum.

Signa incisionis panniculorum etiam a multis sumuntur.

¶ Primo a dolore: qꝛ statim a principio sequitur scotomia ⁊ vertigo ⁊ similia.

¶ Scđo a colore faciei ⁊ oculorum: qꝛ facies rubet ⁊ pustulatur oculi rubẽt eminent ⁊ obscurãtur ⁊c. ¶ Tertio ab exeuntibus: qꝛ sanguis exit per nares aures ⁊ palatum.

¶ Quarto a lesione virtutũ. qꝛ cũ difficultate mouetur loquela turbatur angustiaꝛ est totus prostratus ⁊ stupidus febricitat riget male dormit nihil appetit nauseat ⁊ euomit male assellat ⁊ vrinat.

¶ Signa incisionis cerebri.

Sumuntur a multis. ¶ Primo ab exeuntibus: quia exit substantia grossa globosa: ⁊ medullaris non saniosa. ¶ Scđo a lesione virtutum: qꝛ perditur ratio si vulnus est in anterioribus partibus capitis memoria in posterioribus: ⁊ cum predictis accidẽtibus adest stupor ⁊ desipientia maior.

¶ Signa apostematis supuenictis.

Etiam a multis sumunꝛ ¶ Primo a tumore: qꝛ inflantur panniculi ⁊ eminent extra vulnus: ⁊ rubent ⁊ nõ mouentur. ¶ Scđo ab oculis: qꝛ rubent ⁊ inflãmantur ⁊ a capite egredi videnꝛ mobilitantur ⁊ obliquantur. ¶ Tertio a calore: qꝛ febriunt ⁊ inquietantur. ¶ Quarto a virtutibus: qꝛ alienantur ⁊ spasmantur ⁊ febricitant ⁊ freneticant. ¶ Signa ꝙ materia que descendit infra ledit ⁊ grauat panniculos ⁊ cerebrum.

Sunt predicta signa icisionis pāniculorum venientia paulatim post principium.

Judicia fractura cranei est periculosa apud oēs. Preterea incisio cerebri ꝛ panniculoꝝ eius corruptio: ac lesio est mortalis ꝑm hypp. n si fuerit parua Exponitur Gal. vt supra de iudicijs in vulneribus fuit dictū. Et ideo accidētia mala vt febris acuta tremor spasmus alienatio sincopis abscissio vocis egressio tenebrositas ꝛ rubedo ac strabositas oculoꝝ sunt timorosa et mortalia: ꝑcipue si maneant: ꝛ nō remitrant

¶ Amplius dicit Aui. in tertio de plaga ꝛ incisione capitis: ꝛ in vulnerib9 peruenientib9 ad panniculū cerebri accidit laxitas in latere vulneris ꝛ spasmus in opposito: ꝛ propter illud vult dicere Guil. de sal. ꝙ qñ fit vulnus in dextra paraliticatur sinistra: ꝛ ecōuerso: qꝛ nerui q̄ veniunt ad partē dextram sunt radicaliter in sinistra: ꝛ econuerso: vt dicit. Consi dera si littera dicit hoc: ꝛ super hoc consule ꝑm de egritudine ꝛ sinthomate.

¶ Preterea in fractura capitis pericula ꝛ accidentia mala ꝑm Rogerium expectant vsqꝫ ad cētū dies: ꝛ ꝑm legistas ꝛ iudices ad. 46 qꝛ talis est vltimus termin9 acutarū. Et ꝑm quatuor magistros ad. 15. qui est cōis terminus acutarum. ¶ Preterea denigratio dure matris q̄ non mundificatur cū melle significat mortē. Inquit Paulus.

¶ Preterea fractura cranei in plenilunio est verenda vt dicit Rogerius.

¶ Preterea in solidatione cranei apparitio carnis rubee bonum. ¶ Amplius in vulneribus capitis tumor paruus ꝛ saniei bona digestio bonum. Tumor vero magnus ꝛ ꝑcipue si cito euanescerit sine causa rationabili malum. Item in fractura cranei expectatur porus debilis ꝛ rarus ad. 35. dies.

Curatio Circa curandi modū est intelligendū ꝙ multitudo discordantium circa ipsum ostendit iudicium curationis ipsius difficile.

¶ Nam Gal. Paulus haliab. Aui. Albu. Rogerius Jamerius Brunus ꝛ Guil. de sali. videntur aut saltem eis imponitur indifferēter procedere in oib9 fracturis capitis discooperiendo ruginando trapanādo ꝛ ossa cum instrumentis ferreis euellendo fundātēs se: vt dicunt sup illo cōi: ꝙ necesse est detegere ꝛ incidere os vt virulentia que infra craneum coadunatur conuenienter possit mundificari ꝛ desiccari.

¶ Alij vt magister Anselm9 de Janua: ꝛ alij qui Paduani: ꝛ fere oēs gallici ꝛ anglici procedunt incarnando ꝛ consolidādo cū suis emplastris ꝛ potionibus ꝛ bono viuo: ꝛ ligatura fundātes se super illo cōi. Qđ si possumus saniem sine ossium expulsione expellere: melius est qđ facere possumus cum medicinis precipue: qꝛ ꝑm modum illum non generaꝫ sanies: sicut ꝑm modum alioꝝ: immo inhibetur: ꝛ si generatur cōuenienter cū illis mundificatur ꝛ desiccatur.

¶ Nonnulli vero vt Theodoricus henric9 ꝛ Lanfrancus qui inter ceteros melius dicit nituntur tenere viam mediam: sed differenter. Nam Theodoricus incarnat recēs cum potione ꝛ vino cum stupis. Et henricus sine positione cū suo emplo. Et ambo antiquas fracturas: postꝙ transeunt quatuor vel quinꝙ dies trapanāt ꝛ eleuant: vt antiq. Lanfrācus vero in oibus procedit incarnādo cū licinijs tinctis in partes duas olei ros. ꝛ vna mellis ꝛ supra mūdificatiuū de farina ordei ꝛ melle aut de cera ꝛ resina cum puluere capitali exceptis duobus casibus in quibus procedit ruginando apericndo trapanādo: ꝛ ossa eleuando. Primus casus est quando os premit. Scđs qñ pungit. ꝛ fundant se cū fundamentis duarū viarum addende ꝙ in operatione instrumentoꝝ possunt seq̄ multa pericula. propter alteratione quam facit aer ꝛ dolorem quem facit operatio: ꝛ apostema quod procurat virūqꝫ.

¶ Ego aūt videns istam discordiā ipositā magistris reddebā me dum erā iuuenis anxium. Postea vero cōsideraui opera ꝛ accusationes: ꝛ nouas experiētias inuenientes discordes suspectos habui. Qđ aūt ex dicto duoꝝ vel trium omittatur totaliter sentētia bonorum malū est. Scriptum em̄ est in primo de alimentis. Iniustum est vni pre alijs credere sine demonstratione. Et haliab. in secūdo sermone partis scđe. libri dispositionis regalis. tutius est vti inuentis ꝙ vti nouis experimentis. ¶ In experiendo em̄ medicamina corporib9 hoīm periculū imminet aiaꝝ: ꝛ in periculis cōior ꝛ probabilior via est tenenda Et ꝓpter hoc auxiliāte rerū oīm opifice nō discedēdo a via Gal. qꝛ illa fuit diuini hypp. vt ipse in sexto terap. testificaꝫ dicēs. ꝙ i his vulnerib9 q̄ in capite sunt script9 est liber integer ab hyp. docēs oīa q̄ opꝫ gerere in his. Et nos cū hoc cōpleuerim9 ip̄m cōmentabimus. Nec etiā discedā a via haliab. ꝛ Pauli atqꝫ Aui. imo eos interpretādo concordabo

dicta ipsorum toto posse cũ hoc q̃d euidẽter apparet. Tales enim debẽt esse demonstrationes medicorum: vt superius in capitulo executiuo fuit allegatũ. Nosco q̃ prolongare verba extimabor. sed necessariũ est q̃ vbi maius imminet periculũ cautius et longius est agendum.

¶ Et vt non oporteat in cura cuiuslibet dictionis cõia resumere pmitto nouẽ documenta huic curationi multũ necessaria.

Duorum primũ per viaz notabilis est q̃ vulnus capitis maxime cũ fractura ossis multas spẽlitates et differentias habet a vulneribus aliorum membrorum tum propter ppinquitatẽ et nobilitatẽ medulle cerebralis: tum etiaz q̃ propter eius formam sphericam non põt vniri: neq̃ seruari cũ ligatura vt alia membra.

¶ Scdm est q̃ vulneribus capitis pcipue notabilibus oportet vt seruentur intentiones cões dicte superius in sermone cõi de flebothomia et purgatõe et ventre saltim q̃ semel in die assellet p se: aut cũ suppositorio: aut clisteri: aut cum aliquo lenitiuo. De dieta q̃ sit magis tenuis. De extractiõe infixorum minus molesta. De fluxu sanguis q̃ restringatur. Et de accidentium correctione et preseruatione vt dictum fuit et dicetur. ¶ Tertiuz est q̃ in vulneribus capitis ante oĩa remoueant crines et radatur caput illud humectãdo cũ aqua et oleo vt dicit Guil. taliter cauẽdo q̃ pilus aqua et oleũ in vulnere nõ ingrediant: nam cõsolidationẽ impedirent: vt superius fuit dictũ. Et q̃ in principio materia et dolor refrenentur supra et infra vulnus ponendo albumẽ oui. et post principium cetera fiant: vt in proprijs locis dicet. Ad mundificandum et incarnãdum. Et in circunferentijs semp inungatur cum vnguento de bolo: aut cum oleo ro. vt dolor et discrasia sedentur et apostematio prohibeatur.

¶ Quartũ q̃ caueat a frigore: q̃ vt sepe audiuisti ab hyp. frigidum inimicũ est neruis ossibus et medullis: et cũ hoc aer offendit et alterat principalia mẽbra. Et ideo consulebat Guil. q̃ in hyeme qñ preparabunt ponant carbones incensi iuxta ipsos et clausis fenestris habeat lumẽ candele et q̃ post ligationem coopiat caput cũ coffa de pelle arietia.

¶ Quintũ q̃ si in eis est facta sanies remutentur in die semel in hyeme: bis xo in estate: et q̃ remutatio et mũdificatio cum cotone carpia atq̃ pãnis mollibus suauiter et indolorose fiat. ¶ Sextũ q̃ desup lichinia frustuz suauis spongie apponat: vt p ipm suggatur et recipiat sanies q̃ ad cerebrũ nõ descẽdat.

¶ Septimũ q̃ ligatura 9uenies adapteiur ligature capitis vt qñ vulnus incarnare volumus ligatura duorum capitũ fiat q̃ saltiz est semi incarnatiua: et sic q̃ habeat binda plus vnius brachij longa lata quatuor digitoruz et voluat tota preterq̃ duo palmi cũ quibus incipiatur fm frontis longitudinẽ trahendo versus aurem oppositã vulneris et aliã partem volutã versus aurem vulneris: aures tñ non cooperiendo ducendo eã vsq̃ ad caput aliud binde: et ibi iuxta aurez circũuoluatur stringendo: et caput palmorum ducatur versus inferius: caput volutũ ducatur superius versus caput reducẽdo ipm per partẽ posteriorem capitis versus caput palmorum: et iterũ prius eam cũ illa circũuoluendo et reducendo super caput. Et totiens illud fiat q̃ totũ sit coopertum et bene ligatum. Deinde ligãt Bonoñ. duo capita sub mentone. Parisieñ. ea sunt in medio frontis.

¶ Si aũt vellemus solum tenere medicinaz faceremus ligaturã capitum multorum que fit in capite per huncmodum. habeatur magna petia linteoli longa trium palmorũ lata duorum et incidat in quolibet latere ad latitudinem trium digitorum vsq̃ non remaneat nisi vnus palmus in medio. Et tunc vnuz de illis capitibus cum alio stringendo fm capitis circuitum ligetur retro: aliud vero cũ alio transeundo per collum ligetur a parte anteriori sub mentone. ¶ Octauum documentũ ẽ q̃ ad cautelã: si aliqua squãma ossis remãsit cum vino administretur audacter: si non fuerit febris ille puluis capitalis de pimpinella bethonica gariofilata valeriana osmũda: et q̃ntum de oibus tantum de pilosella.

¶ Nonũ q̃ situetur et iaceat vulneratus in principio super partẽ in qua minus grauabitur: post vero si facit saniẽ super locuz vulneratuz vt sanies possit melius excolari. Et his premissis documentis commnnibus veniendum est ad curam fm differentias.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem absq̃ cranei fractura.

Si est simplex absq̃ deperditione substantie suatur et ligetur: et vt alia vulnera curetur et incarnet. Si aũt fuerit cũ deperditõe substãtie regeneret caro et cutis cicatrizet cũ suis lichinijs et proprijs pulueribus vnguentis et emplis: et vt cetera vulnera tractetur.

¶Quod autem sutura sit utilis nō solū in talibus simpliciter vulneribus capitis: sed in multis alijs nō paruis intellige sed magnis probatur ita: quia illud est utile multis vulneribus capitis quod facit permanere partes distātes approximatas in idem. Et cū hoc prohibet aeris alterationē que est multū nociua: sed sutura est huiusmodi in tertio tegni. et terap. per totū. ergo etc. Et ista fuit intētio Aui. in quarto dicētis. In fissuris vero in quibus nō est nisi scissura si est plurima sutur. Et quod est fortius loquitur quando est cranei fractura: vt patet per processum capituli. Et notāter dicit si ē necessariū: quia si talis fissura esset in sūmitate capitis nō sueretur. sed in lateribus bene sueretur: vt dicetur infra. Et hanc talē suturā cōcedit Guil. de saliceto Lanfrācus et Henricus: et intātum Hēricus cōcessit quod sibi fuit visum quod Theodoricus eam concesserat quam cōtra Aui. vna cū appositiōe olei ros. penitus negauit. Et male. nā multotiēs Aui. et Paulus cōcesserūt et iubent infundere vulnus capitis cū oleo ro. ad sedādum dolorem quando vulnera pertingūt vsque ad pelliculā neruosam cooperiētem carnē. Et ad mollificandum ossa adherētia vt leuius extrahantur. Et ad reprimēdum acuitatem quando volumus pāniculos interiores mūdificare cum melle. Nec ratio eorū valet quātum ad suturam: quia ligatura incarnatiua in capite est multū defectiua: vt dicetur. Nec quātum ad oleū rosatum: quia licet vnctuosum maculet vulnera simplicia: nihilominus composita cum dolore et alijs dispositiōibus indicantibus oleum rectificat et emendat. Medicare enim semper iubet Gal. indicationes aduersantes.

¶De vulnere capitis facto per incisionē cum cranei fractura non penetrante.

Vulnus tale aut est magnū aut paruum: si paruum quidē rimulā vocauerūt multi. eodem modo curatur sicut precedēs sine fractura cranei: quia in tali vulnere pauca generatur sanies. Et propter eius grossitudē per talē paruam fissura descendere non pōt. ¶Si vero fuerit magnum aut est in lateribus capitis: aut in superiori parte: si fuerit in lateribus: eadem ēt cura curatur vt primum simplex: nisi quod in inferiori parte ponitur tenta: vt si aliqua materia retinebatur in illa fissura per foramen tente valeat expurgari. Si in superiori parte non suatur sed fiet ibi cura. Gal. i. 6. terra dicit. Simplices igitur rupture vsque ad disploā. i. medium duarū tabularū cranei per uenientes dictorum rasorum. s. ruginorum strictorū indigent: esse aūt eos oportet multos quidē quātitate: non equales aūt magnitudine: vt non careat vltimo opus: deinde denudato secundum cōsuetudinē patiente esse vti primo quidē ampliori. secundo vero post ipsum strictiori. Et deinde ita consequenter alijs vsque ad strictissimum: hoc aūt vtendum in ipsa disploi. Deinde si dolor aliud non requirit curare siccis pharmacis confestim et vsque in finem. quod vtique vocatur cephalia de quibus in fine capituli fiet sermo cum suis lichinijs et exiccatorijs: et alijs auxilijs opportunis. Quare aūt istud vulnus non suitur: quia existens in medio capitis non est potēs expurgari per se. Et nisi imbiberetur sanies: et cum lichinijs et alijs auxilijs desiccaretur posset retineri aliqua materia in medio tabularum: et ibi putrefieri et putredinem in ossibus generare.

¶De vulnere facto cū incisione cū fractura cranei: sine deperditione substantie vsque ad interiorem superficiem penetrante.

Tale vulnus aut habet squamas: aut non: sed est planum et equale. Si squamas que possent pungere durammatrem squirlis et aspitatibus planatis et equatis cum lenticulari: et alijs instrumentis eodem modo curatur vt immediate fuit dictum. Et hoc est quod dicebat cōmuniter Gal. in eis vero que vsque ad miringam perueniunt siquidem fuerit sola ruptura et scissura: et nō cassatura predictis rasorijs vtēdū. Et hoc quātū ad illa que sunt in bregmate. i. in superiori parte. In illis vero que sunt in latere nō multum curauit de instrumentis: nisi quod suerentur et cū tentis mūdificarentur. Et hoc in fine capituli narrauit in duobus exēplis. Uidi denique bregmatis quidē os fractū: quod vero est deinceps os vocatū temporis vbi squamiformes immissiōes etiam accidit vsque ad multū maximā habens scissurā quā nos omnino nō tāgētes: sed solū abscindētes ea que bregmatis curauimus hominem vt adhuc viuat ab annis multis. Si vero his que bregmatis reliquimus ita putrefieret vtique cito supposita erat miringa antequam porosaretur fractura. Gal. dat causam vtriusque cure. Nam si nullus ex patientibus ichor interficeret superfluū etiam erat abscindere os nō: quia in tempore quod est in latere ex patientibus ichor nō descendebat: et si descendebat in loco habili erat ad expurgandum: propter hoc nō erat necessarium cum instrumētis abscidere. Sed

in bregmate: q2 nō erat in loco habili ad expurgādum ycores: immo potius ad retinendum: pro tanto fuit necessariū ampliare: 7 cū lichinijs 7 alijs auxilijs opportunis ycorē phibere 7 generatū extrahere 7 desiccare.

¶ In alio vero exemplo eodem modo fecit: q2 dubitabat q moueret cerebrū ppter duritiē ossis temporis: 7 p foramē: si ipm faceret exiret cerebrū. Et cū hoc q2 platera exeunt multe explantatiōes neruorum nobilium.

¶ De vulnere cum contusione 7 parua fractura ossis.

Si huiusmodi fractura est cum squirlis pungētibus cum lenticulari 7 alijs instrumētis applanabūtur: 7 postea supposita prima remutatiōe in documētis superius dicta petia pāni delicati: aut sindonis mollis infusa in melle 7 oleo ro. desup apponat ipsam aliqualiter cum cauda probe inter os 7 duram matrem imponēdo vt defendat q suo motu panniculi nō ledātur in osse. Et desup lichinia delicata infusa saltim primo cū eadē mixtura. Et supra ipsam 7 ipm os petiam panni etiā infusam: vt inhibeat q sanies inferius nō descēdat. Antiqui tamē ponebāt petiam vnius ciphi 7 erat truffa: q2 assistentes q nō erāt in scda remutatione credebāt q ibidem loco ossis deperditi remaneret: 7 desup in vulnere carnis ponātur alij lichinij sicci vel petia spōgie vt imbibat saniē. Et desup empl'z capitale pforatiuū vt nō includat saniē 7 vltimo stupatas balneatas in vino calido 7 expressas: 7 vnā nō infusam: 7 ligek ita delicate q ligatura retineat: 7 nō cōprimat. Et qn̄ erit bene mundificatū remoueak pānus primus: 7 ponak puluis capitalis: 7 cōtinuet ad incarnandū 7 vltimo qn̄ erit incarnatū puluere cicatrizatiuo claudatur 7 cōsolidetur: 7 in ista operatione satis laudo Henricum.

¶ De vulnere cum contusione absq fractura cranei.

Est cōsilium Auic. q materia refrenek a principio cū cōi remutatiōe de albumine oui. Et si vis addere oleū ro. q2 mitigatiuū bonū est. Post vero resoluak materia cum vino salito: 7 melle: aut cū aliquo ex dictis in capl'o de contusione in sermone cōi. Et si fiat sanies maturetur 7 aperiatur: vt alie exiture.

¶ De vulnere cum contusione 7 parua fractura.

Est consilium Gal. q si fractura est parua q curek vt pfata cōtusio: eo q2 Gal. nō faciēdo mentionē de fra: quā vocauit solū sedem eorū q percusserūt: tacendo etiā de cura voluit affirmare q curarek vt alia. Tota cura fiat q taliter resoluak vt saniē saltim notabilem nō faciat. ¶ Aui. vero in .iij. cañ. de seda a pcussiōe 7 regimine eius cui accidit cōmotio cerebri: dicit q op3 vt sit tota tua intētio in hoc casu vt dolorē sedes q̄tū potes: 7 elōges materiā a loco leso vt nō apostemek. Et hoc cū euacuatiōe 7 attractiōe ad cōtrarium cū flebothomia 7 clisterib9 acutis 7 pillulis cochijs: etiā emplek locus in principio cum eo qd cōfortat: sicut sunt empl'a que fiunt ex aq̄ mirti 7 salicis virge pastoris vel ex oleis mirtino 7 liliaceo 7 rosaceo. Et ex pul. ro. balaustiarū cipresi calami aromatici lentiū camomille melliloti boli armeni aluminis mirrhe olibani atq citonijs cōfectis cum vino. Et dare in potu sticados cū aqua aut melle. Ipsi em̄ cū eo liberank: vt dicit. ¶ Et cū egrediek ppter pcussionē sanguinis ex cerebro op3 vt patientē potes cū cerebellis gallinarum assatis cū aqua granatorū. Et Theodoricus ad hoc facit empl'm cū baccis lauri cimino an. so sale mastice thure atq cribatura furfuris coctis cum vino qd mihi placet in fine. Et in ista fractura potiones possunt administrari conuenientes: q2 tanq̄ per se parue aut cum modico auxilio adiuta natura potes eas rectificare.

¶ De cōtusione cū fractura magna.

Si fractura est magna necessario est eundū ad chirurgiā 7 dilatatōes fracturarū: qd pbauit Gal. in .vj. 7 Aui. in .iiij. p tres rōnes. ¶ Illud op3 fieri p aperturā: qd nō pot fieri p ligaturaz. Sz phibitio apatis 7 descēsus materiei q̄ est pncipalis intētio i oib9 fracturis 7 quasi satis nō pōt fieri i capite p ligaturā: q2 ieptū est ppter formā vt ibidē deducik. ergo 7c.

¶ Preterea qd min9 vr inesse 7 inest. 7 id qd magis: s3 min9 vr q i brachijs: 7 i alijs ossib9 esset necessariū apire 7 extrahere ycores q̄ i capite: 7 tn̄ est necesse aliquotiēs: g pl9 est in capite necessariū pp cerebrū. ¶ Ampli9 si eēt aliq̄ excusatio hoc eēt p medicias. Sz ille nō valek sine ligatura: vt dicit: 7 ē vbū notabile

Necessarium est ergo in magnis cõtusionibus denudare ⁊ dilatare aliquã partem fracture: vt possimus abstergere ⁊ leuare a miringa ỹ cores. Non audiant ergo verba illorum Theodoricoꝝ ⁊ Januẽsiũ qui se iactãt oẽm fracturã capitis cũ suis pigmentis ⁊ potionibus absq̧ chyrurgia ⁊ eleuatione ossiũ curare: q꞉ lꝫ de paruis est possibile vt dixi: de magnis tñ nunq̃ vidi: neq̧ rõ Conciliatoꝝ vꝫ ꝙ fortes medicie eleuare ⁊ extrahere: pñt a ꝓfundo. Nam tales suspecte sunt propter enim nimiam fortitudinem specialr̃ in dispositis: qđ vt plurimum sunt corpora nostra vt supra quartum Aui. dicit Dinus: pñt adducere apã. Nec illa henrici ꝙ ipsi possunt curare omnia vulnera absq̧ notabili sanie: q꞉ in magnis contusionibus saniem notabilem opꝫ aduenire tera. 4. Neq̧ ꝙ allegãt de natura potenti: hic enĩ de parua intelligit̃ materia: q꞉ in magna opꝫ ꝯtra apire. vt in empimate sub quarta costa: sicut infra dicetur: et magis miror qñ dicunt ꝙ vltra quartã diem nõ vꝫ potio coꝝ credebã ꝙ plus valeret post: eo q꞉ vulnus de fluxu ⁊ dolore ⁊ apãte est securatum. Neq̧ dicũt q̇d esset faciendũ: si potio non valeret credo ꝙ facerent vt de malo nauta d꞉. 5. terap̃. q̇ ꝓpter negligentiã ꝑdẽs nauẽ: deinde dãs tabulã cuilibet nauigatorum vt ꝑ eã si possit adipiscatur salutem.

¶ Necessario igit̃ eundũ est ad chyrurgiam cranei fracturaꝝ quã Gal'. sub quodã epilogo in. 5. terap̃. sic ponit. Si ꝯo cũ quassatione aliqua sup. magna fuerit abscindere opꝫ qđ ꝯquassatũ est vel ꝑ terebella in circuitu ꝓmo ꝑforando: deinde ita vtẽdo abscissorijs vl' ꝑ tortellos mox a principio. ¶ Uerum q꞉ breues sermones in practicis nõ sufficiunt commentãdo epilogũ Gal'. faciã duo. ¶ Primo ꝑmittã octo documenta valde necessaria ad opationẽ istã: deinde ponã opationẽ ꝯcordatam ꝑ Gal'. haliabatẽ Paulũ ⁊ Aui.

¶ Primum documentum est ꝙ non exerceatur operatio in eo in quo virtus est debilis: q꞉ ꝺm Gal'. 2. afforismorum vbi est indigẽtia non oportet laborare.

¶ Scđm ꝙ ante omnia ꝑmittatur ⁊ ꝓtestetur de periculo vt homo euitet sermões stolidorum in quarto cañ. Aui.

¶ Tertium vt in operatione fugiat commissuras q̃ntum poterit timendum enim eẽt de casu et lesione dure matricis: vt in anathomia fuit dictum.

¶ Quartum ꝙ caueat de plenilunio: q꞉ ĩ eo cerebrum augmentatur: ⁊ ad craneũ appropinquatur in tertio de creticis diebus.

¶ Quintum ꝙ dilatatio fiat magis in loco decliuiori: quia talis est aptior ad expurgandum. terapen. 13.

¶ Sextum ꝙ in dilatãdo nõ ꝯsequat̃ finis fissurarum. sufficit enim ꝺm. G. auferre tãtũ de osse ꝙ sanies possit expurgari.

¶ Septimum ꝙ si os quod debet extrahi repugnat extractioni: cum oleo ros. infundatur ad hoc: vt taliter mundificetur quod indolorose extrahatur.

¶ Octauum ꝙ citius q̃ poterit expedias te de opatione maxime in cõpressione ⁊ pũctione panniculoꝝ: q꞉ ad ista citissime cõsequuntur apã ⁊ accidentia mala: neq̧ in descensu materiei de superius speres alias expectes in estate diem septimam. Neq̧ in hyeme q̃rtam: q꞉ post suspicat̃ in pãniculis eẽ facta talis impressio ꝙ operatio non valeret.

¶ Consequẽter opationẽ cõcordatã ꝑ Aui. inuenio in quarto qualr̃ inq̇t sit curatio nos dicem⁹ in hoc illud qđ dixerũt primi. Inq̇unt opꝫ vt radat̃ in primis caput vulneratũ. Et fiant in eo due fissure secãtes se ꝺm figuram crucis: aut ꝺm figurã cifre de. 7. vt dicit Lãfrancus: ⁊ opꝫ ꝙ vna eaꝝ sit sectio ꝑcussiõis deinde opꝫ vt excorient̃ anguli ⁊ discooperiatur os totũ quassatum in quo dꝫ fieri concauatio. Qđ si accidit inde fluxus sanguinis opꝫ vt impleatur vulnus cum pãnis infusis in aqua ⁊ aceto: aut cũ albumine oui. Et si nõ accidit fluxus impleat̃ pãno sicco tenui: deinde pone sup ip̃m puluillos ĩ vino ⁊ oleo infusos: ⁊ administra ligamentum qđ conuenit ad illud: ita vt cum fuerit mane si nõ acciderit aliqđ ex accidentibus malis tunc incipias cauare os fractum. Et illud est: qm̃ opꝫ vt tu facias sedere infirmũ ꝺm qđ conuenit: deinde oppila aures eius cum lana: aut cũ cotone vt non ledatur ex voce percussionis: ⁊ solue ligamentum vulneris: ⁊ aufer pannũ ex eo: ⁊ absterge ipsum. Deinde ꝑcipe duobus ministris vt teneant cum pannis subtilibus angulos excoriatos: vt si pungant̃ cum filo poterit hoc facere vnus: ⁊ tunc si os fuerit debile: et parum se teneat: separa ipsum cum incisorijs ⁊ lenticulari: ⁊ si est necesse ꝑcutere cum malleo fiat cum facilitate. Si autem os fuerit forte oportet vt perforetur cum trapanis foraminibus multis vnum prope aliud ad q̃titatem tasie ꝺm qđ volueris expellere de osse. postea cũ incisorijs sepa cum vno foramine ad aliud foramẽ quousq̧ fuerit separatum os. Et tunc ip̃m cũ eleuatorio

eleua: ꝛ ip̄m cum digitis aut paruis tenaculis extrahe. Post vero cū lenticulari ꝛ malleo oēs squirlas ꝛ asperitates applana ꝛ vulnꝰ carnis ꝛ ossis curent: vt fuit dictū de fractura cum ossis deperditione.

¶ De correctione accidentium.

Si occurreret apā quod vt plurimū euenit ꝑpter cōpressionē ꝛ puncturā ossis ꝛ tentarum ꝛ ligamentorū: aut ꝑpter frigus: aut propter malū regimē: tunc festina ad eleuationem ꝛ separationē causarū. Et subtrahe materiā cū flebothomia ꝛ alijs euacuationibus ꝛ mitiga locū cum oleo ro. calido: aut cū aqua calida decoctiōis altee fenugreci seminis lini camomille ꝛ similiū: ꝛ empl'm de maluis: ꝛ hoc multū laudat. ¶ Si aūt nigredo acciderit in miringis ex natura medicaminū abstergatur ꝛ mundificet cū melle ꝛ oleo ro. Qd̄ si acciderit ex seipso: ꝛ puenerit ad oculum cū signis alijs malis: tunc oportet vt dictum est ꝙ nō cōfidas de salute infirmi. Nā illa nigredo significat ƀm ꝙ dicit Paulus caloris naturalis destructionē. De carne superflua ꝛ alijs accidentibus dictū est in sermone communi.

¶ De medicinis capitalibꝰ fit sermo.

Contingit sepe post formicas ⁊ herisipillas malas ⁊ alia vlcera ⁊ pustulas male curatas in facie maxime in lepore genis ⁊ labiis accidere vlc⁹ corrosiuū serpiginosum horribile fetidū ⁊ virulētū qđ Nolimetangere nūcupatꝛ vulgariter:⁊ēē genere cācri ex cholera bis adusta:vt supius fuit dcm̄ generatū. ¶ Signa sunt corrosio mordicatiua cū.ardore ⁊ punctura virulēta fetida ⁊ sordities mala.Un̄ ei⁹ eradicatio est difficil' ⁊ cōtagiosa:dū em̄ magis tāgitꝛ magis mltiplicatꝛ:⁊ ob hoc noli me tāgere dr:⁊ cū hoc facies:ꝑpt sui debilitatē materias faciliter recipit. ¶ Cura ei⁹ vltra regimen vniuersale de dieta ⁊ crebra purgatiōe dictis in apostematibus ⁊ pustulis cholericis ⁊ vlceribus virulētis est ꝙ lauetꝛ locus cum oxicrato:aut cū aqua aluminosa: ⁊ ꝑ aliquos dies attētetꝛ:si poterit desiccari ⁊ sanari cum vnguētis ad vlcera virulēta. Quia talis fuit intētio Jamerii:⁊ si nō possit desup apponatꝛ in plagella linimentū Theodorici factū de succo linarie ⁊ plātaginis cuz sale gēme.Et ꝑpter mordicationē circūcirca panni infusi in oxicrato:aut in succo alicui⁹ herbe frigide applicentꝛ:⁊ ter in die naturali remutetꝛ ꝑ tres dies. Et post si morbus fuerit extinctus ⁊ loc⁹ cum melle succo apii ⁊ farina ordei fuerit mundificatus:qđ cognosces per carnis bonitatē:incarnetur ⁊ cōsolidetꝛ cū vnguētis vlcerū virulētoꝝ.Si aūt morbus nō est extinct⁹:curetꝛ vt dictū est de cācro vlcerato:sicut facit Rogeri⁹ ⁊ quatuor magr̄i.Attēdendo ꝙ corrosiua ⁊ cauteria caute ducantꝛ locus em̄ sensibilis est ⁊ tenuis ⁊ ossa spōgiosa ⁊ cartillaginosa:⁊ faciliter alterabilia:ita ꝙ qn̄ ab vtraqꝫ pte ꝑforantꝛ in ꝑpetuū nō cōsolidantꝛ:vt in sexto afforismoꝝ superi⁹ fuit allegatū. ¶ Et propter hoc ad ista extinguēda aqua fortis cum petia securius adaptatꝛ.

¶ De vlceribus ⁊ cancrositatib⁹ vesicis ruptis ⁊ eleuatione vuee oculorum.

Quia vlcera oculorum vltra hoc ꝙ aliqn̄ prouenitꝰa vulnerib⁹: vtplurimū tn̄ ab apostematib⁹ exituris bothorib⁹ ⁊ pustulis seu vesicis efficiuntꝛ pro tanto nō est mirū:si Jesus illa vocauit vlcera Aui.exituras azarauius pustulas.Et lꝫ ipsi numerauerūt septē spēs coꝝ distinctas vel ꝭm cortices cornee vel ꝭꝫ sitū superficialē ⁊ ꝑfundū.Nihilominus qr nō multū diuersificāt intētiones curatiuas de pn̄ti vt cōsulit Lāfrancus omittantꝛ.Sed si placet cōprehendantꝛ oīa vlcera oculorum vt quasi dictū fuit de obtalmia in tribus spēbus in paruis virulētis in maximis ⁊ cācrosis in mediocrib⁹ ⁊ sordidis.Quoꝝ quidem oīm cause:vt dixit Jesus sunt humores acuti mordicantes qui fluunt ad oculos.

I ij.

¶Signa vlcerum oculoꝝ sunt dolores ⁊ lachrymaruꝫ effluxiones ⁊ obtalmici rubores. Et qñ apit oculus si sunt in cõiunctiua pũct⁹ appebit rube⁹. Si in cornea: albus ⁊ nebulosus: vlcera aũt ꝯiũctiue sunt rubea: cornee v̾o alba: ꝑpter ipsorũ corpora: vt dixit Jesus ⁊ Aui. ꝙ manifestat cornu nigri rasura. ⁊ hinc est ꝙ multi decipiunt̾ vt dicit Gordoni⁹ credẽtes ꝙ sit ab illa ꝑpter additionẽ ⁊ applicando cõsumptiua deuastant oculũ: ⁊ ñ est albedo: ꝑpter cauationẽ cornee. ¶Judicat̾ de vlceribus oculoꝝ ꝙ si malignant̾ ducẽt ad diruptionẽ cornee: ⁊ ad exitũ ⁊ eleuationẽ vuee ⁊ per ꝯsequẽs ad oculi ꝑditionẽ. ¶Judicatur etiã ꝙ ad vlcera sequũtur cicatrices albe indelebiles: eo q꞉ cornea est mẽbrũ spermaticũ: cui⁹ cõsolidationes nõ sunt ꝼm primã intẽtionẽ. Sed per mediũ extraneũ cõsolidant̾ vt iam supius fuit dictũ ⁊ dicet̾. ¶Amplius multa iudicia vlcerũ cõmuniũ hic habent locũ quare ad ea habeat̾ recursus. ¶Ampli⁹ cõsulit̾ opanti: ꝙ si cũ vlceribus fuerit obtalmia notabilis reuma ⁊ dolor capitis non fatiget patientem quousqꝫ illa fuerint sedata. ¶Amplius ꝯsulit̾ ꝙ antecꝫ ista passio prosequat̾ ad caplm de obtalmia recurratur: q꞉ in multis cõicant intẽtiões vlcerũ ⁊ obtalmiaꝝ.

Curatio vlcerũ oculoꝝ ꝼm Gal. in quarto micanir. indiget hic eadẽ ꝼm genus que et alia vlcera ꝑpter tñ naturã ꝑticule oportet farmaca esse immordacissima mũdificantia replẽtia ⁊ ad cicatricem ducentia inter que laudat̾ que ꝑ thuciã ⁊ ꝯsimilia lota misceant̾ ei ⁊ succi non solum immordacitatẽ habentes. Sed ⁊ vehementissimos dolores mitigare potentes: sicut est succus mandragore. Sordidis v̾o existentibus miscere oportet aliqđ abstersiuoꝝ quale est cerotum cũ aliquibus metalicis abstersiuis. Et q꞉ talia vlcera in curãdo quatuor habent intentiones pro tanto cura vlcerũ oculorum quatuor habet intentiones. prima sit in vita. secunda in materia antecedenti ⁊ fluẽti. tertia sit administratio intentionis circa vlcus. Sed quarta accidentium correctio.

¶Prima ⁊ secunda intentio cõplentur ꝼm ꝙ superius fuit dictum ꝙ complentur in obtalmia: hoc tñ addito ꝙ non iaceat: necꝫ dormiat super latus in quo est vlcus vt sanies non corrodat tunicas oculi: necꝫ clamet: necꝫ sternutet: necꝫ euomat. Omnia enim ista ducunt materias ad oculum: tota autez tua intentio sit diminuere diuertere ⁊ ꝓhibere materiam reumatizantem vt nõ veniat ad oculũ: ⁊ sedare dolorem. ¶Tertia intẽtio cõpletur vt si pustula nõ est apta ꝙ distilletur in oculo aqua fenugreci: aut mellilori: q꞉ aperiunt vlcus festinanter: vt dicit Jesus post mundificetur vlcus cum hoc qđ lauat quasi abstergit saniem velut distillatio syrupi ro. summe eñ laudatur a rabi Moyse. 22. parte libri sui. Et post mundificationẽ repleatur cõcauitas cuꝫ his que faciunt carnem nasci: vt est sief album in quo est opium cum lacte mulieris aut albumine oui: si dolor adsit. Si v̾o dolor fuerit repressus vtatur sief albo i quo est chimia qđ Auic. lubans vocat. Et sief de thure laudatur ad hoc in quinto terapen. qm̃ maturat ⁊ mundificat materias grossas vt dicit Jesus: quorũ forme ⁊ recepte in capitulo ob talmie ⁊ in antidotario inueniẽtur: sief etiaꝫ de plumbo laudatur in fine ⁊ ab hebeꝫ Mesue alcoatim azarani: replet enim ⁊ ꝯsolidat vlcera oculorum: cuius forma recipitur a Rasi. ℞. plumbi vsti ãtimonij thucie ablute calcecumenon: qđ est es vstum: gummi arabici dragagãti. ana. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. fiant sief cum aqua pluuiali. ¶Sed quarta intentio completur ꝼm naturam accidentium. De dolore satis est dictum in obtalmia.

¶De ruptura cornee ⁊ exitu vuee.

Quod si propter corrosionem rũpatur cornea ⁊ procidat extra vuea: ita q sequatur eleuatio manifestũ est ꝼm. Gale. vbi supra: qm̃ ⁊ ꝑpter seipsaꝫ: ⁊ propter illud qđ procidit repercussiuis ⁊ stipticis indiget farmacijs: ⁊ bona strictura cõpressis ⁊ ligatura.

¶Et ad hoc est mirabilissimus sief de emathite: ⁊ ipsemet emathites cum albumine oui in cote fricatus: quod. ℞. lapidis emathitis abluti. ʒ. iiij. ceruse climie. añ. ʒ. ij. eris vsti amidi gũmi arabi. dragaganti opij. ana. ʒ. ß. fiant sief cum succo foliorum oliue. Et quãdoqꝫ est necesse quando eleuatio fuerit magna stringere cum lamina plumbi.

¶Et si egritudo fuerit antiqua de vno aut duobus annis non appropinques ei: q꞉ non habet curam: vt dicit Jesus.

¶Et si volueris oculum decorare liga eminentiam cum filo serico ⁊ infrigida ⁊ cõforta oculum vsqꝫ quo cadat ipsa ⁊ filum.

¶De cicatrice ⁊ vestigio quod remanet post illa inferius dicetur.

¶De fistula in lachrymali domestico iuxta nasum.

Fistula in lachrymali fit vtplurimū ex apāte paruo dicto garab qui ex humoribꝰ malis nascit̃ ibidē maturādo tantū tardat̃ ad aperiendū q̄ sanies conuertit̃ ad intrositatē ⁊ vlcerat locū ⁊ indurat intrinsecas circūferentias ⁊ corrumpit ⁊ contaminat os ipsum. ¶Et aperitur quādoq̄ ad exteriora. qñq̄ versus iteriora oculi sub lachryma: ⁊ quādoq̄ ad vtranq̄ partem. Et quādoq̄ aperit̃ versus calamos nariū: quedam est in carne: quedā in osse. ¶Cause eiꝰ sunt humores grossi qui vt dictum est in longitudine maturant̃ in loco ⁊ eū corrumpunt ad quam corruptionem sequitur debilitas: quare attrahuntur humores praui acuti nitrosi ad locum ⁊ vlcus faciunt fistulosum.

¶Significat̃ fistula oculi ex apostemate qđ precessit ⁊ ex duritie ⁊ forma callosa ⁊ ꝓfunda: ⁊ ex sanie serosa ⁊ glutinosa que exit p foramē maxime quando cōprimit̃ ⁊ oculi sunt rubei ⁊ obtalmici ⁊ tactu probe certificat̃: q2 si est in osse sentitur asperitas. si v̄o in carne mollities ⁊ lenitas. ¶Iudicatur q̄ fistula lachrymalis est difficilis curationis ꝓpter carnositē subtilitatem: ⁊ magis ꝓpter oculi propinquitatem: sensibilissima enim est ꝑticula. ¶Et sepe ita appropinquatur apertura de lachrymali q̄ rumpit̃ area palpebre: ⁊ consumitur caro ipsius: quare in ꝑpetuum fluunt lachryme ⁊ locus non cōsolidatur: sed efficit̃ deformatus.

Cura fistule lachrymalis duo hȝ regimina vl'e ⁊ particulare. Uniuersale regimē dictuȝ est in capitulo de fistula in cōi. ¶Particulare regimen tres hȝ intētiones. Prima est repercutere ⁊ resoluere ⁊ maturare ꝭm sua tpa ⁊ aperire apostema qñdo nō est apertum. secūda mundificare quando est apertū. tertia mortificare fistulam quando est cōfirmata. ¶Primū cōpletur ꝑut de obtalmia dictū est cum repercussiuis ⁊ resolutiuis ⁊ maturatiuis. Et ꝓprie maturat̃ cū emplastro facto de farina ordei ⁊ conchilijs croco aloe ⁊ mirra cōfectis cū oppoponaco in aceto dissoluto: maturat enī ⁊ per se rumpit apostema. Et si nō aperit̃ per se nō expectetur maturatio: sed cū lanceta longe a lachrymali apiatur. ¶Post auteȝ apertionē venit secunda intētio que cōplet̃ facta bona expressione ⁊ expulsione sanici et lotione si est necesse cum aqua ruthe mellita cum tribus auxilijs. ¶Primū est Aui. de lanugine arundinis inuenta in interiori parte eius: ⁊ ꝓprie apud radicem: et congregetur tantū de ea q̄ possit impleri tota ꝓfunditas ⁊ cooperiatur cum dyapalma: aut cum aliquo appropriato emplastro: et remutetur bis in die. Et quando erit satis mundificatum cōsolidetur. ¶Secūdum auxiliuȝ est Rasis q̄ imponat̃ per foramē collirium factū de thure sarcocolla aloes sangui. draconis balaustia antimonio alumine equales partes: ⁊ de flore eris quarta pars vniꝰ partis: ⁊ cuȝ aqua pluuiali fiant sief. Et ꝓprie dicit Aui. quando dissoluit̃ cum aqua gallaruȝ ⁊ inijciantur due aut tres gutte: ⁊ iaceat ad partē aliaȝ: ⁊ bis aut ter in die remutetur: ⁊ sic per hebdomadaȝ cōtinuetur. Istud enī collirium est tāte virtutis q̄ fistulaȝ oculi sanat vt dicit Ra. aut ita retardat q̄ videtur sanata. ¶Tertiū auxilium est Guil'. de sali. q̄ elargato foramine mundificetur cum vnguento viridi facto de flore eris alumine ⁊ melle: aut cum puluere affodillorū: ⁊ post mundificationē cum cōsolidantibus sanetur. ¶Et si ista non valent Accedat secūda intentio que est mortificare fistulam: que elargato foramine ⁊ certificato de fundo vt dictum fuit de fistula in cōi completur dupl'r. vno modo per incisioneȝ ⁊ cauterizationē. Alio modo per corrosioneȝ: per incisionem fit qđ cum lanceta forti: aut cū rasorio scindatur ꝭm rectum a lachrymali q̄ntū est possibile elongando vsq̄ ad fundum. Et tunc impleat̃ vulnus cuȝ tentis infusis in albumine oui: ⁊ in crastinuȝ remutando inspiciatur os: ⁊ ꝭm quātitatem cōtaminationis cauterizet̃ cum cauterijs claualibus rotundis precustodiendo oculuȝ cum canula vt alcoati vel cum pasta vt Jesus aut cum cocleari argenteo seu ereo: vt Theodoricꝰ post cauterizationem sedetur dolor ⁊ arsura: ⁊ casus escare ⁊ exfoliatio ossis ꝓcuretur vt est dictū in cōi. ¶Per corrosionē curatur q̄ imponat̃ tenta itincta in aliquo caustico ⁊ premuniat̃ oculus cum frigidis. ¶Primus autem modus magis placet mihi ⁊ Lanfranco: q2 cauterium cum ferro melius mensuratur qđ nō accedat ad rumpendum lachrymale q̄ cum medicina. ¶Et postq̄ erit mortificata fistula qđ cognoscetur vt dictum fuit superiꝰ curetur ⁊ consolidetur. ¶Modum autem curādi ⁊ perforandi cum subula ad calamos narium nō laudat hebē Mesue neq̄ ego in eo inueni effectum. Nam satis cito: post implet̃ foramen ossis: ⁊ nihil est qđ currere possit ad nares: deriuatio autem materie ad calamos narium quā laudat Arnoldus cū caputpurgijs est mihi dilecta. ¶Et si nō potest aliud

fieri palliet vt dictū est supius: et cū tali colli rio qd laudat Theodoricus. R. climee ablu te et sedenegi abluti.aā.ʒ.ij. cineris fornacis in qua purgatur es.ʒ.iij.mirrhe aloes memi the croci opij.aā.ʒ.j.əfice cū vino et admini stretur cum albumine oui.

¶ De vlceribus et polipo que fiūt in naso etc.

Ulcera que fiūt in naribus: quedā sunt sine carne supflua. que dam vero cum carne superflua. Et q̄ sunt sine carne superflua: quedam sunt virulenta quedā sordida: qdā vero corrosiua: et q̄ sunt cū carne supflua: qdā sūt quorum caro est mollis pendēs: et quasi sepata q̄ apud. G. dr ozea. apud Aui. alharbat. Quedam sunt quorum ca ro est dura non sepata neqʒ pendens: sed ad herens q̄ dr a Gal. polipus ab Aui. cancer.

Cause autem vlcerum nasi sunt hu. acuti et putridi a capite de scendentes qui si propter adustionem ade pti sunt grossitiem germinant polipū. ¶ Si vero sine adustione igrossantur per fricatio nem illam carnem mollem efficiūt. vñ Gal. in tertio meam: r. ozene ex influxu humorū acutorum et putridorum fiūt polipus grossorum: huiorum est germen. ¶ Dicitur autem polipus ad in star illius piscis sic nominati: qr multos ha bz pedes. Et ideo ab Auēzoar multipes no minatur: quia firmiter loco adheret in quo est: vel assimilatur carni eius vt dicit Gal.

Significantur iste passio nes aperiē do nares cum instrumento dicto speculum cuius forma est hec.

¶ Ad solem cum visu vt dicit halia. et tactu: dicitur autem polipus fm Aui. et Lanfran cum a carne illa superflua: eo quia caro illa est mollis pendens de colore et substātia pul monis indolorosa non adherens nisi fm ra dicem: et vt plurimum venit post egritudi nes catarrosas. ¶ Polipus autem est durus siccus dolorosus vmbrosus horribilis et feti dus venenosus non pendēs sed firmiter na ribus adherens: et vtplurimum incipit per se a pustula ciceralí et paulatine augmenta tur et crescit vsquequo ad palatū perueniat ¶ Ulcera nasi non sunt negligēda quia ad polipum sunt via: vt dicunt omnes. ¶ Polip pus enim ex toto genere est perniciosus. nā est de genere cancrorum absconditorum. Ju dicat qr melius est nō curare qz curare: vt di cit hypp. Sufficit enim ei via blanditiua si ne incisione et corrosione: vt dicit Aui. ¶ Ca ro autem addita cum qua nasus est tracta bilis et boni coloris absqz timore curetur: vt dicit Brunus. ¶ Ex qbus apparet qr illa di stinctio quam ponit Rogerius et multi alij: qr polipus qdam est curabilis: qdam nō cura bilis. Non proprie accipit polipum: sed large pro quacunqz carne in naribus preter natu ram exorta.

Cura cōis vlceribus et polipo suppos ta vita et purgatione dicta supe rius in materijs acutis et melācholicis est fz Gal. vbi supra siccare et roborare caput: qua liter aūt oportet roborare caput totū vt nul la ab eo superfluitas in inferioribus partibus fluat vel influat: dictū est multotiēs supra in obtalmia et dicet in reumatibus oculorum.

¶ Et sequit qr postqz per illa feceris caput robustū ad curam ozene et vlcerū inuenies: intentionem habēs siccare patientē particu lam p farmaca permixte virtutis repercutiē tis vez et dyaforātis. vnde in quinto terapē. Naribus vero multo qdem siccius qz oculis: mi nus vero qz auribus opz esse farmacum.

¶ Et ppter hoc si vlcera sint virulenta vn guēta alba cū plūbo vsto sunt eis ppitia: vt haliab. ponit. ¶ Si aūt sunt sordida et crusto sa lauent cū vino et melle decoctōis camomil le mellilotí nasturcij ellebori atqz mirrhe. Et si est necesse cū lixiuio: deinde cum vnguēto apl'orum mūdificent: et sic ipona tenta de radi ce acori infusa diu in oleo iuniperi in quo sca monea fuerit dissoluta optime mūdificat et sanat. Et vnguētū quatuor magrorum est spā le in hoc qr fit de menta agrimonia oclo xpi et berbena tritis cū axungia porci. Et postea cū vnguētis albis dictis əsolident. ¶ Si aūt fuerint corrosiua cū medicamine Gal. in. iij. meamir. qd Aui. recipit de tribus gñibus ma lorū granatorum austerorum dulciū et acidorum inci piendū est: fit aūt fm ipm p hunc modū. In cidere ea opz recētia et matura et pistare dili genter vt exprimi possint succi ex eis q̄ repo nere opz in vase de piltro vel de vitro paruz coquēdo ipm: si nimis est humidus qd vero relinquit ex eis solidū et grossum reiterat for titer vt ex eo possint lichinia fieri q̄ in naribus ponant: et quando illud in lichinijs faciendo erit consumptū accipe de succo quem serua sti vtendo eo vel cum pēna vel cum lana cir cum apposita grafio. Approbate autez ope ratur predictum collirium.

¶ Et si dictus succus desiccaretur: postqz es set puluerizatus insufflando posset appo ni et frequenter fiat vt nunqz sit particula

patiens sine ipso. Si aūt istud non valet re: currendum est ad trociscos andaron ⁊ cali: dicon dissolutos cum vino dulci: aut aceto si passio fuerit dura ⁊ post mundificetur: vt di ctum est ⁊ cōsolidetur. ¶ Et si vlcera ēent ve hementis doloris curent̄ cū vnguentis dict̄ in quibus modicū de opio ponat̄. ¶ Et si ad esset caliditas oleum ros. aut nenufarinū p̄: cepto hali abbat: respiret ⁊ supra: ⁊ iuxta na sum sandal. memitha portulaca ⁊ silia cum aqua rosata ⁊ aceto ponantur. ¶ Ulcera au tem sicca ⁊ ragadie seu fissure cū cera ⁊ me dulla cruris vituli ⁊ muscillagine seminis ci: toniorꝫ dragaganto oleo amigdalaꝫ curāt̄. ¶ Caro aūt supflua q̄ est leuis non fraudu: lenta neqꝫ cancrosa s̄m Albu. p istum modū inciditur: opꝫ vt facias sedere infirmum in: ter man⁹ tuas oppositum soli ⁊ aperi nares eius: ⁊ extrahe carnes ad exteriora ⁊ incide qḋ cōprehendisti cū spatumine subtili acu to a parte vna donec scias ꝙ tota caro iā est ablata. Qḋ si remaneat ex ea aliqd cuius ab scissio non est possibilis rade illud cū facilita te donec nō remaneat ex eo aliquid. Si autē d̄ñatur tibi⁹ sanguis aut ap̄a abscinde eam cum eo quod scis.

¶ Et si non est tibi possibile incidere qḋ est in altum in supioribus ossibus narium qḋ cognosces faciendo suggere acetosum: aut aliqḋ tale si non venit ad os: tunc intromit: tas suggēdo p nares ⁊ spuēdo vt faciūt pue ri in scholis: aut cum acu plūbea filum nodo sum vsque quo pueniat p os: deinde serran: do tn̄ ducas quousqꝫ caro fuerit incisa ⁊ con sumpta. Deinde extrahe filum ⁊ intromitte cum tenta vnguentū egyptiacum quousqꝫ fuerit consumptum qḋ remansit. Et si cū illo vnguento liniretur filum bonum eēt. ¶ Nō nulli vero vt quatuor magistri qn̄ eis nō est possibile totum consumere vsqꝫ ad radicem: scindunt nasum in latere vsqꝫ ad os: deinde incidunt illud superfluum ⁊ cauterizant: de inde bene ⁊ firmiter suunt. Ego tamen non consulo ꝙ suatur quousqꝫ fuerit securus ꝙ sanguis sit restrictus ⁊ radicitus totum euulsum: quia ita parum non potest rema: nere de radice qui redeat: ⁊ ita p nihilo ope ratio esset facta. Et post renouando labia vti liter potest sui. ¶ Alij vero vt Rogerius im: ponendo ferrum cal'm per canulam carnem illam incidunt. Ego tn̄ vidi sepissime ꝙ illa canula sic caliditatem cauterij recipiebat ꝙ patiens opationem nō poterat sustinere: et qn̄ minuitur cum pannis est ita impedita ꝙ cum difficultate opatio pficitur: si aūt patiēs ferrū cal'm timuerit iubet ipse Roge. stuellū vel tentam intinctam in ruptorio apponere. Et post casum escare vt cetera vulnera sana re. In oī tn̄ casu circūcirca infrigidantia ⁊ p: hibentia et sedantia dolorem apponantur. Et tente plumbee canulate quando erit ne cesse imponantur.

¶ De fluxu sanguinis qui a naribus fluit.

Scripsit Gal. in tertio meamir. ꝙ heraclitus Tarētin⁹ trō bos auferēs primo tentā inūctā cū licio i aq̄ dissoluto ad restringendū iponebat ⁊ appre hendendo narē cū digitis ab extra sic cōpri mebat quousqꝫ restringebatur vel olibanū: ⁊ alia auxilia q̄ ad plagas in succo poligonie ⁊ est virga vel bursa pastoris infusum lichi: niū vngens iponebat. Confert etiā vt dicit frontē infrigidare spongijs in aceto acerri: mo infusis. Et partes capitis eleuatas tene re ⁊ brachia ⁊ manus ⁊ bubones ⁊ testiculos genua ⁊ pedes cōtrahendo ligare ⁊ fricare. Ita em̄ sanguis diuertitur ⁊ dimittit nares. Et dare in potu infrigidantia: ⁊ nares pan: nis oppilare frequēter: ⁊ in ore tenere aquā frigidā pluuialē. In. 5. vero terap̄. nō laudat stipticantia circūcirca quousqꝫ diuersio sit fa cta: q̄ capiti nocerēt apte. Iubet em̄ ad alia conuertere prius puta flōia vel ventosa in hyppocundrio ⁊ occipitio ⁊ fricatione ⁊ liga tione talium extremorum.

¶ De alcola ⁊ vlceribus oris.

Ulcera q̄ fiunt in ore recipiunt eas dem diuisiones q̄ in narib⁹ hoc addito ꝙ corrosiua: quedā sunt in ligua quedā in gingiuis: queda in osse mandibule vnde sicut vlcerationes que fiunt superficie tenus in ore Gal. nominauit in. 6. meamir. ⁊ Aui. in tertio alcola. Nonnulli vero in gin: giuis cancrositates habentes quid caldita tis ignee: ita ⁊ illas que i ossibus fistulas di cit cōitas: ⁊ que carnium sunt additaꝫ ficus ⁊ emorroydes.

Cause istarum passionum sunt ta: les: que ⁊ nariū nisi ꝙ i pue ris vt plurimum accidit ꝑpter lactis mali: ciam ⁊ eiusdem male digestionis.

Signa significantur ex visu ⁊ ex ta ctu: ⁊ ex colore iudicatur hu. ex quo fiunt rubedo sanguis: citrinitas cho lera: albedo phlegma: nigredo melācholia. ¶ Ulcera oris vt plurimum succedunt pu: stulis bothoribus ⁊ ap̄atibus que in ore fiūt

¶ Iudicat Gal. vbi supra q; vlcera oris sunt difficilia: q2 sunt in locis calidis et humidis in quibus citissime multiplicatur putrefactio et corrosio. Et cum hoc appositum farmacum nõ multum potest manere in loco: profundantur enim statim a saliua.

Cura etiã quodãmodo cõsimilis est eorum que in naribus: nisi q; fleobothomia venarũ lingue est eis multum iuuatiua: vt fuit dictũ in squinãtia: et cum hoc ppria habent farmaca. ¶ In virulẽtis aũt bothoribus sufficiunt farmaca que moderate siccãt: sicut dyamoron et batifructũ et corticis nucum viridium succũ: et cipressi poma: vt in quinto terapẽ. dicit Aui. Ipo addit lentes sumac. Cõmunitas aũt plantaginis aquã et ros. caprifolij et cõsimiliũ. ¶ In putridis laudatur vinum mellitum decoctio celidonie cipressi ciperi mentastri gallic croci atq; mirre. In corrosiuis ipo alumẽ et vitreolum. vnde Gale. in sexto meamir. Ego aũt in paruulis lentẽ cum pauco pane et medulla ceruina: aut vitulina do et fructus stipticos cum cibo eis permisceo velut sunt citonia et nespille: aliqñ de lactucis endiuia portulaca administro: et facio eis colluere moderate stiptica sicut sũt sumach et rose. Cõsequenter eos cum dyaforeticis linio. In maioribus calcantũ et vinum stipticũ addo. Et si aschalas fuerit sordida mel adiungo. Et corrosiua eruginẽ eris et cõmoderatũ farmacum cum oleo et calidicon facio: sicut cerotum cũ erugine eris vlceribus cõcauis tẽpero. ¶ Si igit hmõi vlcera corrosiua et cancrosa fuerint in gingiuis ipsis prius fricatis et expressis a sanguine malo lauent sepe cum aceto squilitico decoctionis foliorum oliue: deinde liniãtur cũ tali medicamine. ℞. Utriusq; aluminis salis adustorum gallarũ psidie cupularũ glandium cinamomi gar. aristologie saluie ros. ossium dactilorum itybiarũ cancrorum adustorũ. ana. partẽ. j. puluerizent: et cum aceto dicto: et melle misceant: et fiat linimentum: aut in puluere applicet in loco. Et si ista nõ valeant trocisci affodilorum: aut calidicon: siue andacaron: aut aqua fortis apponãtur. Et si necesse fuerit locus cũ cauterijs actualibus cauterizetur. ¶ Si aũt ossata fuerit fistula in gingiuis remoueant dentes et foramen dilatet: et si cum vna gutta aque fortis: aut arsenici sublimati et repressi non põt fistula mortificari quantum erit possibile os discooperiat: et qd corruptũ fuerit cum acu argentea: aut enea: vt ponit Roge. cauterizet et vt fuerit necesse: postea pcuretur: et si non põt bene mundificari per partẽ superiorem consulunt multi q; cõtra aperiat per inferiorẽ partem: difficile tñ est ad cõsolidandũ ppter saliuam: et q2 apertura que ab intus et extra non inuenit locum in quo appodiet se sicut fundamẽtum in terra in primo pnosticorum. ¶ Uerũ q2 dolor consequitur ista vulnera et impedit operationes que in eis fiunt precipit q; sedet cum oleo ros. intus et exterius applicando. Gal. aũt in sexto meamir. consulit oleum lentiscinum cum retinet in ore: et repercutit enim intristanter absq; asperatione et dyaforat im mordaciter. ¶ Qñ autẽ dolor fuerit sedatus et cancrositas et fistula mortificata et conueniẽter mundata: tunc pcedatur ad incaruandũ abluendo os cũ vino et melle decoctionis thuris: et cum linimento facto de aloe mirra sarcocolla mastice thure sangui. draconis et melle rosa.

Carnẽ aũt additam si dura et cancrosa est nõ tangas curando: sed palliando. Si ipo mollis fuerit et bene tractabilis fuerit incide eam et cauteriza: si fuerit necesse: et sm modũ dictũ in naso. Et si posset eã ligare cum filo circa radicẽ esset via securior: ppter sang et infirmi timorem.

Fissure labiorum corrigunt cum vnguẽto dicto in naso: aut cũ oleo qd exit a nucleo nucis dum cõburit: applicatum enĩ mirifice sanat eas: vt dicit Rogerius Aldu. ipo si cum his non sanantur iubet eas vsq; ad pfundum cũ paruo cultellari cauterizare: et postea eas curare donec sanentur.

¶ De vlceribus aurium.

Ulcera auriũ easdem distinctiões causas et signa habẽt q̃ narium et oris: farmacis tñ indigent siccioribus in quinto terapẽ. vt euidenter declarauit in vlcere qd curabat quidam sapiẽtissimus thessalus. vnde in tertio meamir. quicunq; quidem recenter patiuntur vlcera aurium et sine dolore curat glauserinum qd est sicut memithe solum tritum cum aceto: et que vocantur a medicis dyamirra et dyacroca. ¶ Que vero cum dolore trocis. andronij. ¶ Si ipo hec comitantur scoriam ferri cum aceto liniens vt plurimum in sole aut in igne cũ sartagine vtere cõfidẽter. Si igit auris indiget lautiõe lauet cũ oximelle: aut cum vino et melle et aqua ferrata. ¶ Si fistula est aut caro addita pcedat vt supius est dictum. In omni tñ casu sedet dolor: sicut supra de apostematibus fuit dictũ.

¶ De vlceribus que in collo: et per cõsequẽs de his que in dorso. Cap. iij.

Ulcera que in collo: et q̃ in dorso fiũt nõ habent ab aliis diuersita tez nisi i ꝑnostico: q2 sunt pi culosiora ꝑpter venas ⁊ arte rias ⁊ neruos ⁊ vias aeris et cibi. Et que sunt in dorso: pi clitantur: propter nucham.

¶ De vlceribus que sunt in homopla te ⁊ brachiis. Cap̄ iiij.

Ulcera istarũ particularuʒ nullam habent di uersitatem ab vlceribus aliaruʒ particularum nisi in ꝑnostico et modo ligãdi de quibus satis fuit dictum in cura vulnerum ipsoꝝ.

¶ De vlceribus que sunt in pectore. Ca. v.

Ulcera que sunt in pecto re que non pene trant, curantur vt alia: que ꝟo pe netrant in genere fistularũ repo nuntur: ad que vt dictũ est nõ va let curatio. Sufficit eñ ꝙ palientur. ¶ Cu ra enim palliatiua: aliq̃n fit curatiua. Et est supposito bono regimine vt superius de vul neribus pectoris fuit dictum. Si cõsideretur ꝙ materia cõgregetur intus ⁊ cadat: ⁊ impe diat membra anhelitus: ⁊ ꝙ possit per illum locum expurgari: elargetur foramen si suffi ciens nõ est ad imponẽdum canulam cliste ris cum tenta de gẽtiana bene ligata vt non cadat intra. Et postea mundificetur iniiciẽn do mellicratum vt docet Gal. sexto terapen. aut vinũ mellitum: aut aliq̃d de lauamentis dictis in cura vulnerũ pectoris ad quaʒ pro ista materia est recurrẽdum. Et desuper po natur mundificatiuũ de melle cocto: aut de his que trahũt materiã a fundo: ⁊ ab vlcerũ cõcauitatibus dictis in vlceribus cauernosis ad que etiã ꝓ ista est recurrẽdum. Preterq̃ in hoc ꝙ medicine acute velut est flos eris in istis vlceribus nõ iniiciant. ¶ Si aũt nõ pos set expurgari cõueniẽter aperiat inter quar tã ⁊ q̃ntaʒ costã: ꝓut in illo cap̄lo fuit dictum Et ꝓcuret illud vlcus cũ vnguẽto ap̄lorum: aut aliquo mũdificatiuo vlcus antiquũ supe rius cõsumpta callositate fistulari cũ caute rio ꝯsolidari ꝑmittat. ¶ Potiões in isto casu sunt laudate de q̃bus copiã supi⁹ habuistis. vnã tñ approbat Ubericus quã vidit per quen dã magistrũ administrari: ⁊ multos curare q̃ fuit de radicibus cardonis fullonũ trita ⁊ cũ melle mixta data mane ⁊ sero in quantitate nucis cõis. Unde Auer. in quito colliget car sof. i. cardo fullonũ est calidũ in secũdo siccũ in tertio mũdificat oẽm putredinẽ per vrinã cocta cũ vino ⁊ remouet assellarũ ⁊ a toto cor pore fetorẽ: ⁊ generalr̃ hʒ resistere a tota spẽ oĩ putredini ⁊ est medicina cibalis ⁊ saporosã

¶ De vlceribus ventris. Cap̄. vj.

Ulcera ventris que nõ penetrant curã tur vt alia. ¶ Que vero pene trãt in genere fistularũ repo nunt ad q̃ parũ valet curatio Sufficit eñ vt palliẽt cũ bo no regimine ⁊ ꝯueniẽti potio ne ⁊ mũdificatione cũ emplastro mũdificati uo ⁊ consolidatiuo.

¶ De vlceribꝰ ancharũ ⁊ partiuʒ eiꝰ. Ca. vij.

Hanchis aliquo tiẽs fiũt vlcera in mẽbris ꝯtinẽtibus: ali quotiẽs in cõtentis: q̃nq; ꝟo in mẽbris ꝓcedẽtibus vt in virga ⁊ osseo: et ano: vlcera ꝟo que fiunt in mẽbris cõtinẽtibus eodẽ modo curant vt vlcera ven tris. Que ꝟo in mẽbris fiũt contentis chyrur gicoꝝ nõ sunt speculatiõis. Que aũt fiũt in procidẽtibus vt in virga ⁊ in matricis collo sunt excoriationes calefactiones vlcera viru lenta putrida ⁊ corrosiua ⁊ cancrosa. In ano ragadie vlcera fistule. In vtrisq; emorroy des carnes addite ficꝰ ⁊ ꝯdilomata. ¶ Quoꝝ cause sunt humores mali corrupti ⁊ apata ⁊ vulnera male curata fricationes ⁊ tactus in ordinati.

Signa autez coꝝ visui ⁊ tactui sunt manifesta ⁊ instrm̄ dictũ spe culũ fm Aui. ad hoc multũ iuuat. ¶ Iudicã tur p Gal. in nono megamir: ⁊ p Aui. in tertio ꝙ vlcera istoꝝ mẽbroꝝ sunt difficilia. q2 sen sibilissima sunt hec mẽbra: ac etiaʒ supfluita tuʒ exitꝰ q̃ p seipsa: ⁊ maxime cũ cholera mor daces sunt ⁊ cũ hoc medicamĩa apposita nõ hñt ipsa sufficiẽs: q2 facillime cũ extractiõibꝰ cadũt: ⁊ cũ hoc sunt calida ⁊ humida ab aere ꝓtecta ad q̃ festinat putrefactio ⁊ addit ꝙ ꝓ pter vereccũdiã nõ mõstrant quousq; fuerint malignata. ¶ Et deteriora sunt illa vt dicit Aui. q̃ fiũt in lacerto q̃ est in radice virge: ⁊ in ano ⁊ q̃ ꝓfundant iteriꝰ q̃ sint in manifesto.

¶ Curatio vlcerum virge et colli matricis.

Ulcera sine flegmone in pu dendo ⁊ ano fm Gal. in fine. 6. terapen. cathaplasmate mol

sificatiuo nullo egent:sed farmaco cicatrizan te nō tali sicut alia vlcera:sed intātū siccius in virtute inquantū sunt ⁊ he particule sic ciores carne. Et que sunt apud bala[m] plusq̄ circa totum pudendum qd quidā decredēs coact⁹ vti talib⁹ trib⁹ diebus sanatum est vl cus de quo fuit magis dolens q̄ admiratus eo q: praua fuit nutritus heresi dogmatum ꝑpter qd si fuerit sola excoriatio ⁊ calefactio sufficit lauare cum aqua ros. ⁊ plantaginis ⁊ ad vltimum cum aqua aluminosa et ponere vnguenta alba maxime cāphorata: aut cor ticem bugie: seu balaustie: aut fungū bede garis puluerizata: ⁊ exiccare cum pannis de licatis. ¶ Si autem fuerint vlcera recētia vi rulēta: ⁊ quodāmodo corrosiua in his aloes solum bonum est farmacum. Et assimilatur ei plumbum vstum climia abluta cum vino et thucia litargirum ⁊ cerusa et fortiora his es vstum ⁊ pini cortices: ⁊ lapis emathites. Et medicamē compositum a Gale. consuetū quod fit per chartam de panno combustam alum cū combustū ⁊ cucurbita sicca adusta. Et medicamē Aui. ad ea expertum que indi gent exiccatione vehementi cum incarnatio ne. ℞. thucie aloes sarcocolle thuris lapidis emathitis corticis cāne combuste gallarum balaustiarū acatie puluerizentur: ⁊ cū oleo rosato fiat vnguentum. Et si vlcera fuerint versus partem interiorē virge precipit Aui. q̄ predicta cū iniectorio intromittantur.

¶ Si aūt fuerint antiqua ⁊ putrida ⁊ cācro sa lauentur ⁊ epithimentur cum collirio tali qd Lanfrancus ponit in parte. ℞. vini albi lib. ʒ. ⁊ aque plantaginis ⁊ aque ros. añ. quar tam. j. auri pigmenti. ʒ. ij. floris eris. ʒ. j. teran tur subtilissime ⁊ misceantur cum alijs: ⁊ fiat collirium: hoc enim mortificat desiccat et sa nat. Et fortius illo sunt trocisci affodilorum ⁊ aldacaron ⁊ arsenicum non deficit.

¶ Si autem fiant maligna ita q̄ locus deni gretur: tunc melius est vt penitus locus ni ger abscindatur: ⁊ post cauterizetur: et cum aliquo caustico maxime arsenico ponendo inter viuum ⁊ mortuum vt dictū fuit de estio meno separetur. Et post loco mūdificato ca ro generetur ⁊ consolidetur. ¶ Si tamen in istis vlceribus fluxus sanguinis accideret: cū pulueribus ⁊ auxilijs restrictiuis cōmunib⁹: aut cum illo quatuor magistrorū facto de al channa ⁊ filtro combusto ⁊ de plumis galli ne combustis non poterat restringi. trumbis oibus bene remotis ponatur arsenicum: q: non fallit dūtaxat q̄ cadat supra venā aper tam in quo casu si medicamina nō poterant super locū attingere precipiunt prefati ma gistri incidere pellem: ⁊ tunc auxilia applica re. Qd ego facio inuite: q: male postea conso lidatur ⁊ preputium cadit ⁊ cōgregatur: ⁊ fa cit tumorem sub virga qd est valde tediosū ꝑpter quod iudei circuncisi ab huius pena sunt securi. Nihilominus ſm Gal. in decimo terapē. qui non habent nisi vnam viam lz sit fallax velit vel nolit oportet q̄ transeat per il lā. ¶ In omnibus casibus intēdatur ad do lorem ⁊ ardorem cum populeone cum succo solatri mixto cum pauca farina ordei: aut cū albumine ouorū ⁊ oleo violato: vt ponit Ro gerius: ⁊ si sanguis non dubitatur cum bal neo decoctionis maluarum ⁊ similium.

¶ Et ꝓhibeatur materia cum vnguento de bolo armeno ⁊ infrigidando partes vsq̄ ad inguina cum oxicrato ⁊ succis frigidis ⁊ vt ꝓ pter apostemationē non claudatur foramē virge ponatur in eo tenta de cera vel de pan no delicato ⁊ ligetur locus ⁊ sustentetur cum sacculo ⁊ ligamento.

Ragadie autē ⁊ fic⁹ que ve niunt in v̄ga ⁊ matricē carnes superflue curantur vt que in ano de quibus dicetur infra.

Grossities que sub virga efficit ꝑpter incidere ꝑpu cium ligetur ⁊ incidatur: ⁊ post si est necesse propter emorrosagiam cauterizetur.

Foramina que veniunt in ꝑpu cio ⁊ in virga ꝑ vnde sepe venit vrina male consolidātur in sexto in alio. 26. affori smorum.

¶ Curatio vlcerū emorroydarum.

Quia communiter ad emorroydes sequitur fluxus ⁊ vlcera: imo sunt vlcera ⁊ fluxus: aut cause ipsorū vt innue bat Gal. sexto afforismorum pro tanto dicet de ipis in hac doctrina. ¶ Emorroydes sunt tumores ⁊ inflationes dolorose generate ex fluxu humorū in capitibus venarum emor roydarum. Et ꝑpter hoc bene dicebat Lan francus q̄ emorroys erat nomen cōe: mēbri ⁊ egritudinis. In ano aūt terminātur quinq̄ vene que emorroydes nuncupātur vt in ano thomia fuit dictū. Et passio ⁊ mēbrū sic dicit ab emorroy: grece qd est fluxus sanguinis la tine: q: ab illis sanguis exit: ⁊ expurgatur sal tim vsq̄ ad capita venarū ⁊ saluatur quātū ad surdas. Aliquādo naturaliter: aliquādo preter naturā loquēdo de naturali ſm quid

nō vt in fluxu menstruorū qui simplr ad salu tez totius speciei ordinatus est. Sed partis vt in corporibus melancholiaz habentibus. Nam illa preseruat ab egritudinibus mul- tis non obstante ꝙ Gal. dixit in sexto de acci denti ꝛ morbo. ꝙ ois fluxus sanguinis est ꝓ ter naturam. Menstruorū cōmensuratorum supple excepto. Intellexit enim hoc in tertio eiusdem libri aperte dispositionis nō natu- re regulariter opantis ꝛ sanguinē maluz ex- pellentis. ¶ Emorroydaꝝ multe sunt spēs ꝛ differentie: qdā enī sumunt ex pte materie: q dā ex pte loci: quedaz ex parte annexorum. ¶ Ex parte materie sumūtur differentie: qꝛ ab omnibus humoribꝰ excepta cholera pos- sunt fieri: morales fiunt a sanguine grosso ve rucales a melancholia. vesicales a phlegma te. vuales ex mediocribꝰ humoribus. Et no minātur ita similitudine rerum a quibus su munt nuncupationem: vt habetur ex dictis Aui. in tertio canon. sui. ¶ Ex parte loci que dam sunt manifeste: quedam occulte.

¶ Ex parte annexorū: qꝛ quedaz sunt surde non fluentes: quedam autem sunt aperte et fluentes.

Causa emorroydarū

ſm Rabi moysen dicitur abundantia sangui nis grossi melancholici vt plurimum: vt raro tamen alioꝝ ſm ꝙ dictum est. In naturā ta- men melancholice approximatorum. Ingres santur enim ꝛ aduruntur humores ex malo regimine: deinde sua ponderositate ad infe riora descendunt: ꝛ replent venas illas que sunt in margine ani ꝛ calefaciunt ꝛ dolorant ex quibus inflātur ꝛ crepantur ꝛ faciunt flu- xuz. Et eas excitant male materie acute cur rentes ad locum: aut acute medicine velut aloes ꝛ scamonea ꝛ consimiles istis vt hebē Mesue dicit ꝛc̄.

¶ Signa ꝛ iudicia.

Signa emorroydarū

habentur per visum ꝛ tactum: ꝛ ad hoc mul tum iuuat instrumentum dilatatoriū specu- lum dictū: maxime in occultis: qꝛ cū ipso ape ritur ꝛ dilatatur anus. ¶ Emorroydes con- sueuerūt sequi dolores ꝛ grauitates ancha rum ꝛ dorsi: ꝛ faciei coloratio mala. ¶ Et vt- plurimum veniunt piodice de mense in mē- sem: vel de quarta anni vel de anno. ¶ Iudi catur ꝙ si currunt moderate cōferunt: ꝛ bene ferunt: ꝛ tunc non sunt restringende: qꝛ pre- seruant corpus a lepra mania stranguria: et ab egritudinibus melācholicis. ¶ Si aūt su- perfluant: ꝛ nō conferant restringant: qꝛ ma- le tolerat patiens: adducunt ydropisim: aut ptisim. Et in hoc sequitur documentū hyp. sexto afforismorū. Emorroydas antiquas ha benti sanari: nisi vna relicta fuerit periculū erit ydropisim aut ptisim fieri. ¶ Iudicatur etiam nisi cito occurratur dolori emorroydū cito apostemant: ꝛ cito apostema ad fistulaz conuertitur.

Regimen

emorroydaruz est du plex: vniuersale ꝛ par ticulare. ¶ Uniuersale regimen hȝ tres in- tētiones: vna est in vita: ꝙ nō generetur san guis grossus melancholicus. secunda est in materia antecedenti: ꝙ si generata est dome stice expellatur. tertia est in potionibus ꝛ an tidotis ꝓprietalibus ab itra datis que eas desiccant ꝛ sanāt. ¶ Primū cōplet cū debita administratiōe sex rerū nō naturaliū ꝛ triuz eisdē ānexarū. Quas ptractare expōsite esset longū: alterius enī speculatiōis est. Et cū hoc magr Arnoldus ꝛ Rabi Moyses multa ꝛ dif fusa dixerūt de ipsis: sufficit ꝙtū est de pñsen ti scire ꝙ ſm Rabbi. 14. sunt cibi a qbus de- bent caueri patiētes emorroydes: vcȝ acetuz fabe: lētes: gypse: caules rubei: dactili. pisces grossi. Carnes bouine ꝛ caprine: ꝛ salite: car nes auiū aquaticarū: capita aialiū caseꝰ anti quus panis azimꝰ ꝛ male coctꝰ sal ꝛ oia acu- ta salsamēta ꝛ oia q̄ dicta fuerūt supꝰ in apa tibꝰ melācholicis. Et cū hoc sūme caueat a cōstipatiōe vētris. ¶ Scdm cōplet p acceptio nē interpolatā dyacathalicon: aut dyacassia: aut pillularū de bdellio q̄ ſm Ra. ℞. mirabo lanoꝝ bellericoꝝ kebuloꝝ indoꝝ. añ. ʒ. iiij. serapi. ʒ. iij. nasturcij. ʒ. ij. liqritij rase. ʒ. j. bde- lij. ʒ. xv. cū succo porri fiāt pillule. dosis sit. ʒ. ij. vsꝫ ad. iij. verū Aui. dicit ꝙ nō ꝯferūt non habētibꝰ piodos. ¶ Tertiū cōplet cū tali ele ctuario ꝓbato. ℞. mirabolanoꝝ indoꝝ belle ricoꝝ emblicoꝝ lautoꝝ cū aqua buglosse: vs- quequo dimiserint coꝝ amaritudinē. ʒ. v. ra- dicis tassibarbassi. ʒ. ij. zinziberis cinamomi galāge nucis muscate olibani. añ. ʒ. j. ameos spice squināti. añ. ʒ. ß. scorie ferri ꝑparate ꝛ co cte cū aceto. ℥. j. penidiarū li. ß. panis zuccari li. ij. aut plus si fuerit delicatꝰ fiat electuariū

¶ In regimine pticulari emorroydaruz ſm magrm Arnoldū duo intendunt. primuz est si nimis fluant ꝙ restringātur. scdm est ꝙ do lor pro toto posse sedetur.

¶ Primum cōpletur cū tribus. primo ꝙ vitē

tur acria ⁊ acuta ⁊ inflāmantia vt ira coitus
⁊ exercitiū forte. Et q̄ vtatur delectabilib⁹
stipticis non añ cibū: sed post ꝓpter ventris
constipationē vt sunt pira cocta ⁊ silia ami
dum ⁊ risum ac ordeū: tunc sunt electa ⁊ pe
des ⁊ auricule porcoꝝ ⁊ vinū grossum et sti=
pticū ⁊ aqua ferrata. ¶ Et si fuerit estas ꝑt
vti mane ⁊ sero syrupo rosˀ. aut mirtino ⁊ ci=
tonioꝝ miua. Si vero hyemis: laudant sibi
in ieiunio radices triferum: aut radices tassi
barbassi cocte in sirupo rosˀ. ⁊ hoc est scðm.
¶ Tertiū est vt applicent exterius stiptica
aliqua videlicet in estate fiat sacculus ex tri=
b⁹ partib⁹ rosˀ. et vna mirtillorum et bulliāt
vnico feruore in aqua deinde exprimatur ⁊
supra applicetur. In hyeme vero saluia con
quassabitur et fricetur cū multo oleo rosˀ. et
in sacculo ponat ⁊ applicet: aut desuper am
bobus sedeat. ¶ Rasis tñ in restringēdo pre
cipit administrare trocis. de karabe cum su=
mac. Et super epar ponere emplm̄ de spica
i capitulo de debilitate epatis positū. ¶ Pre
cipit etiā hic Aui. q̄ fiant vētose in spatulis
et applicētur intus et extra lichinia de pilis
leporinis et tela aranee et puluere facto ex
aloe thure sangui. draconis balaustijs et
consimilibus incorporatis cū albumine ouo
rū. Et attramenta sunt que retinent sangui
nē incisionis: vt dicit ipse. ¶ Secundū quod
intenditur completur cum mitigantibus do
lorem: mitigatur enim dolor ſm magistrum
Arnoldum multipliciter ſm q̄ a multis cau
sis causatur: quandoq̄ enim causat propter
sanguinis euacuandi retentionē: quandoq̄
propter excrescentie impulsionem: quando=
q̄ propter earū inflationē: qñq̄ propter sic=
citatē ⁊ duritiē eorūdē. ¶ Qñ āt causat dolor
propter sanguinis retentionē mitigatur du
pliciter. vno modo ad perfectam curaʒ: alio
modo ad remedium tantum. ¶ Cura vero
perfecta est vt causa doloris abscindat perfe
cte: quod fit si sanguis qui sup̄fluit sensibili
ter euētur: et ꝑ illas partes maxime ꝑ quas
natura consueuit: et adhuc conatur euacua
re. s. per emorroydes. Et ideo festinandū est
vt ille aperiantur. Et hoc fit tribus modis.
vnus est cū flebothomo vel lanceta: alius cū
sanguisugis appositis cum cāna. Terti⁹ est
cum medicinis. Et melior medicinarum est
folium ficulnee quod debet prius vna pars
conteri cum alia quousq̄ lac effluat: et post=
ea cum eis fricentur emorroydes donec ape
riantur. Et eodem modo fricantur cum ro=
tulo cepe: aut aloes succotrinum cū felle bo=
uino superponatur Aut ſm Auic. sumātur
pulpe colloquintide. ʒ. iij. amig. amararum.
ʒ. iiij. fiāt ex eis lichinia lōga et retineant in
ano: et sunt hec de qñq̄ i qñq̄ hor. Si ꝟo tar
datur apertio: est consiliū Arnoldi q̄ aperiā
tur vene que apparent grosse supra dorsum
pedis et de vtraq̄. ℥. iij. sanguis extrahātur
Et si de illa nequit fieri consulit fieri de basi
lica. ¶ Ad remedium faciendum sunt in ꝓ=
posito calefactoria mollitiua que suauiter ⁊
insensibiliter detumescere faciunt superflui
tatem sanguinis resoluendo: fiunt autem
hec calefactoria secundum eundem Arnol=
duʒ duob⁹ modis: vno mō vt medicine cocte
in aliq̄ olla subsella ꝑforata ⁊ sedēdo in sel
la recipiatur vapor per inferiora. Alio modo
vt medicine cum aqua decoctionis earū po=
nantur in gādali vel cōcha: ⁊ sedeat ibi vel
immergatur spongia in illa aqua ⁊ exprima
tur: vel fiat sacculus ⁊ applicet. Medicine ve
ro q̄ mollientur in aqua ersit folia lingue ca
nis: vel maluarum vel bismalue. M. ij. viola
rum. M. j. melliloti ꝑitarie tātūdem fenugre
ci lib. ſ. ¶ Rasis aūt ad hoc laudat cepe al=
bum coctum ⁊ tritum cuʒ butyro vaccino vt
mollefiat ⁊ tepefactum supponatur. ¶ Aui.
laudat mellilotū ⁊ lentes excoriatas coctas:
⁊ cum vitello oui: ⁊ oleo rosˀ. mixtas. ⁊ qñq̄
vt dicit ponitur dyaquilon mollificatum cū
oleo rosˀ. aut adipe anatis cum aliquantulo
croci ⁊ opij. ¶ Haliab. facit emplastrum de
camomilla melliloto petro cōi radicib⁹ bis=
malue cuiusq̄ fasciculū ⁊ trita in aqua forti=
ter decoquere iubet donec dissoluant: postq̄
in mortario terantur: ⁊ oui vitelluʒ supermi
sceatur: deinde farine fenugreci: seminis li=
ni: bdellij in adipe galline calefacti seminis
partem misceantur ⁊ terantur omnia ⁊ fiat
emplastrum ⁊ sit molle.
¶ Rabi moyses dictat butyrum coctum et
despumatum ductum ad solem in mortario
de plumbo quousq̄ nigrescat ⁊ est valde mi
rabile: vt dicit in sedatione doloris: et vocat
hoc succum plumbi. Et si misceretur oleum
crisomillorum in quo resolutum esset bdel=
lium fieret gratum Auicen. Et axungia gal
line ⁊ anatis in hoc casu ab omnibus conce=
duntur. ¶ Guillelmus de saliceto dictat vn=
guentum ad hoc quod. ℞. olei rosˀ. vncias
quatuor. ceruse. vnciam vnam. lithargiri. ℥.
ſ. cere. ʒ. ij. opij. ℈. j. corticis mādragore. ʒ. ſ.
fiat vnguentum. ¶ Ad vltimum si dolor est
nimis infestus: succurrendum est cum p̄o=
bata medicina Alexandri qui mihi in the=

nasmonibus: et ad oēs dolores ani multos honores dedit. ⁊ Lanfrancus etiā idē inuenit, vt dicit qđ. ℞. thuris mirre licij croci. aā. partē. j. opij partes duas. terantur ⁊ cōficiātur cum vitello oui ⁊ mucillagine psilij ⁊ oleo ros. ⁊ fiat linimentū de quo inungatur lichiniū qđ ponat infra ⁊ plagella ab extra.

¶ Qñ aūt dolor causatur ꝓpter excrescētias si sint vuales que ex retentione generantur sanguis ꝓficiunt remedia prędicta. Si sunt verucales ꝓficiunt vitellum oui cū oleo violaceo agitatum in estate. In hyeme ꝟo cum oleo amigdalarū: aut butyro: aut aliqua mucillagine mixto. Si morales exiccatiua sine mordicatiōe ꝓsunt velut puluis factus de folijs tassi barbassi vel plantaginis vel radicis cānarū aduste adiunctis cerusa ⁊ litargirio: ⁊ cum istis eisdem pōt fieri vnguentū q̄ vult. In alijs etiā ⁊ in istis si non mitigātur oportet ire ad earū ablationem: verūtamen si ant. que sunt semꝑ vna debet remanere aperta ꝓpter documentū dictum: qđ conuenienter pōt fieri cum aloes mixto cum vno ficu super ipsam applicato: ⁊ cum hoc in regimine semꝑ dꝫ esse sobrietas. Et non auferant oēs insimul: sed successiue: ⁊ est magis dilectum magistro Arnoldo vt auferantur paulatim cū suauibus corrosiuis qualia sunt ea q̄ sunt de natura salis vt sal gēma ⁊ sal nitri fex vini adusta incorporata cuꝫ melle. Nōnulli ꝟo vt Rasis Auicē. ⁊ Haliab. acuta medicamina vt trocis. diabardich qđ est de viridi eris ⁊ calidicon apponere precipiūt. Rogerius vnguentum ruptoriū cum capsula apponit desuper. Aui. ꝟo ⁊ Albu. ⁊ Brunus cū secta sua magis videt placere ꝙ cum ferro calido vel frigido incidātur. Et si essent occulte docent eas cū ventosa: aut cum conamine exprimēdi extrahere ⁊ eas cū digitis vel pāno capere ⁊ tenere quousq; opatio sit completa. Ipsi etiaꝫ vna cum magistro Arnoldo docent eas cum filo ligare ⁊ ꝯtinue taliter stringere quousq; per se cadāt. ¶ Quādo aūt dolor fuerit propter inflationem earū tunc ꝺm Arnoldū sufficit ꝙ lauentur cum aqua tepida decoctionis seminum frigidoꝝ cucumeris cucurbite ⁊ portulace ⁊ liniātur cum albumine oui: et succis vel aquis frigidis: ⁊ mucillagine psilij vel inungātur cum populeone seu cum cerotо Gal. ¶ Quādo autem contingit dolor propter duritiem fetuum vtatur rebus linitiuis ⁊ detur in pricipio prandij. ℥. j. de cassiafi. In actu etiā assellandi immergātur inferiora in aqua decoctionis maluarū. ⁊ inungat anus cum oleo rosato tepido: ⁊ hoc est probatum.

¶ De ficu que fit in ano.

Ficus atrices ⁊ cōdilomata que i ano virga ⁊ matrice fiunt: sic nō curātur vt ponit Theodoricus cū millefolio paritaria cū pauco sale pistata ⁊ quotidie apposita ligentur ⁊ incidātur ⁊ vrantur cum cauterio actuali vel potentiali vt de emorroydibus fuit dictū. Et dolor sedet: sicut ⁊ illoꝝ sedatur.

¶ De fistulis que fiunt in ano.

Fistule que fiunt in ano: quedā sunt penetrātes infra spaciositatē intestini longaonis: quedam ꝟo non sunt penetrantes sed tendentes ad alia loca. Et que penetrāt ad intestinuꝫ: quedam ꝓfundantur vltra tres digitos versus medium musculoꝝ ani: q̄dā penetrant circa versus marginem ani. Ille ꝟo que non penetrant ad intestinū: sed tendūt ad alia loca: q̄daꝫ incendunt in carne ancharū ⁊ marginis exterioris ani: quedā versus ossa ancharuꝫ ⁊ caude versus vesicā ⁊ radicem virge. he enīꝫ sunt differentie que faciunt diuersitatem in opere.

Cause istarū fistularuꝫ sunt q̄ aliarū apostematum: videlꝫ ⁊ emorroydes ⁊ vulnera male curata: qñ enim sanies pmittitur in locis illis calidis ⁊ humidis cite putrefactionis vltra debituꝫ stare: corrodit illa ⁊ alterat: ⁊ facit sinū ⁊ fistulas.

Signa fistularū istius locis sunt ꝓcessiones causarū dictarū. Et durities atq; nodatio ⁊ ingrossatio q̄ accidit ꝓpe anū: ⁊ qñq; aperit: qñq; claudit a qua exit virus aquosuꝫ siue serosum. Significatur esse ꝓfunditatis cuꝫ ꝓba de plūbo: aut de radice petrosilini vel de costa malue seu ꝑuenche. ¶ Signum aūt ꝙ penetrāt ad intestinū habet ꝑ exitum fecis ⁊ ventositatis ꝑ foramē fistule: ⁊ cum ꝓba imissa per ipm foramē fistule: ⁊ digito preparato ꝑ rasurā vngule: ⁊ iniūctionē cum aliquo vnctuoso imisso per anū: qñ se adinuiceꝫ absq; medio obuiabūt. Significat ꝙ est i corpore musculoꝝ ꝑ priuationē operationis ipsorū: nō eī sufficiēter possunt continere feces: neq; digitū stringere imissum ꝑ anum. ¶ Signū ꝙ tendit ad vesicam habet per nocumentum vrinandi. ¶ Qđ ꝟo incedat ad partes ossium ꝓba manifestat. ¶ Iudicatur ꝑ Aui.

quē in hoc sequit Lāfrancus: ꝙ si fistula ani nō magnū facit tediū dimittat̃ ⁊ teneat̃ mūda cū pānis lenibus ⁊ cotono suaui ⁊ lauamētis: ⁊ collirio rof. dicto ad fistulas oculorum ⁊ emplastro nigro: nā eius cura est multum tediosa. Et forte ꝙ patiēs ꝓpter ipsam nō minus viuet: imo viue forte magis cuȝ ipsa stet in loco emorroydarū: ⁊ est velut emūctorium materia eī emūctorioꝝ naturaliū vel factorū ex nature assuetudine absqꝫ graui piculo non pōt ꝓhiberi: ꝓpterea vult Albu. ꝙ in fistula que penetrat̃ ad vesicā ⁊ ad ossa ancharū ⁊ caude nō curet̃: qꝛ curatio eaꝝ nō est nisi labor infirmorū ⁊ fatuitas stultoꝝ medicoꝝ sufficit eī eam palliare. Infiltrate eī et ita ꝓfundate sunt cū illis pticulis ꝙ neqͭ homo venire ad radicē. ¶ Amplius est intētio oim ꝙ fistula penetrās supra mediū musculoruȝ ani nō curet̃: eo qꝛ peior egritudo que est exitus inuolūtarius egestionis seq̄ret̃. Melius ergo est ꝙ palliet̃. ¶ Ceterū fistula que non penetrat: sed incedit in carnē iuxta anum et anchas: ⁊ que penetrant non multū elongādo ab vno pōt curari sine timore vt dicit Ra.

Iste fistule sicut ⁊ alie duplex habent regimē: vniuersale ⁊ pticulare: vniuersale dictuȝ est supius in capitulo de fistula i cōi. ¶ Particulare dicendum est hic. ¶ Cura igit̃ fistule nō penetrantis sed in carne incidētis curat̃ elargato foramine cum tenta de gētiana ꝑ incisioneȝ cauerne ⁊ cauterizationē cū cauterio actuali vel potentiali vt dictuȝ est de aliis: nisi ꝙ iste locus ꝓpter eius naturaȝ indiget maiori infrigidatione ⁊ ꝓhibitione q̄ȝ alia. Brun⁹ aūt ⁊ Theodoricus magis cōmendant in ista fistula cauterium actuale q̄ȝ potentiale: est eī in vltimo iuuamento: ⁊ non adducit materiā in loco. ¶ Penetrantes autem fistule fm Rasim non sanātur: nisi cum ligatione ⁊ extractione cum falce: deinde curantur vt dicit cuȝ medicamine īcarnatiuo. Et causa est fm Brunuȝ ⁊ Theodoricum: qꝛ aliter ille humiditates que congregabantur in cauernositatib⁹ non poterant euacuari neqꝫ desiccari. immo ipsemet feces adunato foramine eas expurgant ⁊ mundant. ¶ Modus autem ligationis fm Albu. est ꝙ per foramen fistule intromittatur acus plūbea in capite cui⁹ sit chordula cerisina de tribus: aut quatuor filis: postea cuȝ digito preparato intromisso in ano plicando caput ipsius acus ducatur ꝑ anuȝ: ⁊ extrahatur extra acus: ⁊ filum remaneat ⁊ ligetur stringendo qualibet die taliter quod totum illud spacium a transitu fistule vsqꝫ ad anuȝ sit incisum. Et tunc super ipsum mitigantia dolorem sunt apponenda. Et si patiens non potest attendere dolorem: tunc cōsulit Rogerius ꝙ ligetur in capite fili paruū bindellum de pāno linitum cum aliquo corrosiuo ⁊ extrahendo filum seu chordulaȝ dimittatur bindellus ⁊ ligetur. non tamen stricte: tunc desuper apponantur mitigantia ardorem. ¶ Modus incisionis cum falce: qđ est fm Albu. instrumentū tale est: ꝙ extrahatur cum chordula imissa extra q̄ȝtum erit possibile intestinum comprehensum per ipsam chordulam: ⁊ post intromittendum instrumētum dictum bene scindens totum illud qđ comprehensum est cum chordula scindatur: ita ꝙ chordula expediatur. ¶ Uel aliter fm magistrum meuȝ intromittatur per foramē chordule instrumentum tale. curuatum ⁊ cauatum ab vna parte: ⁊ desuper cum cultellari ignito totuȝ cōprehensum incidatur: sic ꝙ chordula ⁊ instrumentuȝ expediantur. Inciso qđ apprehēdebatur cū chordula de intestino ⁊ viuificato foramine innaturali cuȝ naturali mundificato loco ab escara si qua sit incarnet̃ locus cum fomentatione vini ⁊ vnguento aploꝝ ⁊ emplastro nigro ⁊ puluere incarnatiuo: si est necesse: vt dicebat Raſ. Non obstante ꝙ Brunus ⁊ Theodoricus volūt ꝙ post icisionē oportet ꝙ fistula mortificet̃ ⁊ callositas illa destruatur. Ad nullā eī necessitateȝ video ꝙ ꝓficiat remotio callositatis: imo expedit ꝙ remaneat ⁊ ꝓ curet̃ maior. Tota eī intētio dȝ esse post incisionē ꝙ totū foramē coriet̃ ⁊ cicatrizetur: sicut est intestinū vt superfluitates nō cadāt sup carnē nudam ⁊ dolorē inferant in ea.

¶ De ragadiis.

Ad ragadias que in ano virga et matrice supposita dicta remollitiua cōfert fomētare locū cū aqua decoctiōis maluaruȝ ⁊ radicis ei⁹ atqꝫ seminis lini. Et inūgere cuȝ vnguēto Raſ. qđ suscepit Lanfrācus. ℞. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. iij. ceruse. ℥. ß. plūbi vsti. ʒ. ij. amidi dragagati. añ. ʒ. j. opij cāphore. ana. ʒ. ß. albuminis ouoꝝ q̄ucqꝫ numero fiat vnguentū. ¶ Ligature istarū partiū sunt plurimū ad tenendum medicamina ⁊ fiunt in passionibus ani ⁊ inguinum cum brachali ⁊ binda pendente bifurcata. In bursa testiculoꝝ cū coxa. In virga cum sacculo ad brachale ligatis.

¶ De vlcerib⁹ coxaꝝ. tybiaꝝ ⁊ pedū. Ca. viij.

Vlcera que in istis pticulis fiunt vt in aliis neqꝫ aliū modū curādi spālem habēt ꝙ alia excepta ligatura que in coxis incipit in genu in tybia super cauillā: ⁊ indigēt maiori dete ꝑpter promptitudinē descendendi humores ad ipsas: bene tñ est verū ꝙ cancros qui in hmōi particulis fiunt vulgus: ⁊ etiā Rogerius in coxa lupos vocat. In tybiis ꝟo cancrenas. Lanfrācus ꝟo estiomenos vocat. Et facit differentiā inter ipsas ⁊ malū mortuū que est fetida scabies: de qua dicetur infra. Non est tñ curandum de noibus: vt sepe dixit Gale. Quicquid sit si talia vlcera cācrosa non curant cum aqua aluminosa ⁊ plantaginis vt supra dictū est: placet mihi ꝙ vt dicit Lanfrancus cauterizētur totaliter cū cauterio cultellari: ⁊ cū ipso eoꝝ forma rotunda reducat ad longā: vt citius cōsolidet: ⁊ post mitigetur ignis cū ouo ⁊ oleo ros. ⁊ maturetur ⁊ mundificet escara cū emplastro de apio: et defendat locus cū vnguento de bolo vt sem per est dictum. ¶ Si ꝟo os fuerit cōtaminatum ⁊ super ipsum aliqua eminentia apparuerit: consulit Rogerius ꝙ minutis circūferentiis cum aliqua pasta vel pāno cerato vel dyaquilone vel aliquo emplastro frigido adherente caro supposito impleatur de aliquo caustico: ⁊ stet a mane vsqꝫ ad sero vel econuerso. Et postꝙ caro fuerit denigrata ⁊ mortificata ad extinguendū ignē desuꝑ ouū cū oleo ros. si vis apponat: ⁊ procuret cū butyro ⁊ caulibus pistatis ꝙ caro mortificata cadat: ⁊ postꝙ ceciderit os abradat ⁊ remoueatur quousqꝫ remaneat mundum. Et si est necesse cauterizet ⁊ tractet vt supra dictum fuit de osse corrupto. Et post vti cetera vlcera curetur: in casu tñ ꝙ totū os esset mortificatū ⁊ tabefactum dimittatur: qꝛ incurabile est vt dicit. Caue tñ de ꝗtitate corrosiui seu caustici: qꝛ pericula vidi: a quibus nos liberet omnium deus liberator. Amen.

Incipit liber quintus de algebra ⁊ extēsione ⁊ restauratione ossium fractorū ⁊ dislocatorū. Cuius sunt due doctrine.

¶ Doctrina prima est de restauratione fracturarum.

¶ Doctrina scda de restauratiōe dislocatōnū

Doctrine prime sunt octo capl'a

¶ De restauratiōe fracturarū vlr. Ca. j.

Fractura ossis vt fuit dictū superius in de ossiū vulneribus apud Gal. in sexto terapen. Dicit ꝼm linguā grecorū ꝗcunqꝫ solutio cōtinuitatis facta in osse. Secundū aūt linguam nostram dicit solutio in osse facta nō a quacūqꝫ re: sed a cōtundente vt vera sit prima differentia solutionis ossis ꝙ quedā est incisa: ꝗdā cōtusa: non accepta a cā efficiente: sed a dispositione derelicta ꝑ pter verba Gal. in quarto terapen. A causis eñ procatharticis seu primitiuis tanqꝫ a nō entibus nō suscipit indicatio curatiua: sed solū significatiua sola vtiqꝫ dispositio derelicta a natura pticule sunt principalr illa ꝙ curam indicāt: dispositio ꝟo includit essentiā rei: et sua accidentia seu dispositiones cōsequētes ¶ Et ꝼm hoc dicit ꝙ fractura ꝗdā ē simplex ꝗdā cōposita. simplex ꝼm Gal. in caplo palle gato: ꝗdā est ꝟgalis seu trāsuersalis: ꝗdā est scissuralis seu lōgitudinalis. Et ꝗlibet istarū vt dicit Lanfrācus: ꝗdā est cōpleta in qua rotūde frāgit totū os: ꝗdā incōpleta in qua nō frangit nisi medietas: aut aliqua ps sola. Et iterū ꝗlibet istarū: ꝗ est equalis ⁊ plana: ꝗdā ieꝗlis squirlosa ⁊ frustulosa. Et adhuc ꝗlibet istaꝝ ꝗdā ē in osse vno: ꝗdā i duobꝰ associatis ¶ Cōposita ꝟo ꝗdā est cū vulnere: ꝗdā cum dolore: ꝗdā cū apāte: ꝗdā cū eꝗtatura ⁊ nodatione ossis male consolidati: ⁊ sic de aliis. ¶ Que aūt sumunt a natura pticularū ꝼm Albu. ꝗdā sunt in osse nasi: ꝗdā in osse mādibule: ꝗdā in furcula: ꝗdam in brachiis et sic cōsequenter. A talibus eñ differentiis sumuntur intentiones curatiue.

Cause fracturarū sunt ꝗ ⁊ aliorū vulnerū oē qd aptū natū est cōtūdere ⁊ frangere ossa vt est casus ⁊ percussio.

¶ Signa ⁊ iudicia.

Signa aūt fracturarū ꝼm Hali. octauo sermone ptis prime dispōnis regalis seu sui patēt: fractura ꝗdē si manifꝫ fiat ꝑxima ⁊ tāgat mēbrū fractū ptes iuenit ossis ad iuicē sepatas variasqꝫ ⁊ mēbru figurā iequalē. Et ꝼm Ras. ⁊ Aui. palpando cū manu crepitatio audit in osse. Et dolor dum tangitur: ⁊ impotētia sustinendi super hoc attestātur. Et cause que faciūt fracturam ad hoc dant iuuamētum: vt dicit Aui. verum in longitudinali non inuenitur grossities naturalis in substantia ossis: vt dicit Lanfrancus sine presentia aliorū vt dicit Ras. Est tñ ibi dolor ⁊ ꝗdā ineꝗlitas: vt oste

dit sensus. Alias aũt drias oñdit sensus et pñtia singularum. ¶ Judicatur p Aui. vltra indicia data supius in de vulneribus ossiuz ad qd caplz in mltis p ista materia ē recur rendum. Qd fractura transuersalis integra male pparationis est: qz cũ difficultate rema nent ossa fm ɔtinuitatez naturalē: ꝛ iõ sepe in ipsa accidit ossium sup equitatura: ꝛ ma xime qñ est in vnico osse non associato: vt in coxa vel in ambobus associatis. ¶ Amplius fractura q̄ est ppe iuncturam difficilis est: qz male põt ligari. Et vt plurimũ in ea mo tus remanet difficilis ꝛ durus. ¶ Preterea fractura cum dolore ꝛ apate ꝛ cassatione car nis ꝛ frustulis est mala: qz non põt bene re staurari quousqꝫ illa fuerint correcta: fractu ra aũt cũ vulnere ꝛ disruptione etiam est dif ficilis: qz opz dimittere foramen p vulnere preparando: ꝛ binde ꝛ astelle deficiunt: qua re male põt membrũ in sua equatione fuari: fractura aũt q̄to magis moraĸ ad restau randum tanto deterior est: qz induraĸ ꝛ im plentur spacia aliena suba: ꝛ ita in restaura tione indiget magna extẽsione. Magna au tem extensio suspecta est ad spasmuz: vt po nit Aui. ¶ Amplius fracture diuersificãtur fm spacium ꝛ terminum in quo moranĸ ad conglutinandum ꝛ sanandum vt craneũ in 35. diebus: os nasi in. 18. diebus. costa in. 28. ꝛ sic de aliis vt dicetur infra. Et etas etiã in hoc addit ꝛ minuit. vt Jamerius dicit.

¶ Preterea inqt Aui. ꝛ hali. in. 9. sermõe se cũde ptis: q cãe quare ossa retardanĸ ad cõ solidandũ sunt multitudo embrocatiõis cuz aqua cal'a ꝛ mutatio crebra ꝛ in motu festi natio ꝛ sanguis viscosi paucitas: aut nimia strictura phibẽs membruz nutrire: aut fru stoꝝ ossium pñtia. Et pter hoc dicit Aui. q restauratio cholicoꝝ ꝛ cõualescentiũ ꝛ ẽt senũ minoraĸ: immo dicit Albu. ꝛ Jamerius q in decrepitis nõ fit restauratio. ¶ Et de illis q̄ significãt restaurationẽ mẽbri est eq̄ lis cõparatio ad sociũ sibi cõparẽ cõparata ꝛ delitia ꝛ apparitio sanguis quẽ expellit na tura cũ studio ad fracturam. Et ideo dr in flatio membri sine magno dolore post ỽpa rationem primam: ꝛ deinflatio post tempus reparationis est bonum signum.

Curatio gñalis fracturarum seqĸ intentiones gñales vul neꝝ supius in de vulneribus dictas. Et put hr a Gal. in. 6. terap. ꝛ ab Aui. in prio ꝛ q̄r to. Quatuor sunt principales intentiones: prima est ossis equatio. scda ipsi equati cõ seruatio. tertia est cũ poro ligatio. ꝛ quarta ẽ accñtiũ correctio. ¶ Uerũ añq̄ pcedatur ad ostendendũ quõ dicte intentiones complen tur. Premittantur sex documenta que sunt necessaria ad operationes prefatas.

¶ Primũ documẽtũ est q añ oia pparentur necessaria ad reductionẽ: primo locus apt. scdo ministri ɔuenientes. tertio albumia ouo rũ in bona q̄ntitate ꝛ oleũ ro. ꝛ pãn infusus in eo magn fm q̄titatẽ membri fracti. q̄rto filũ ꝛ binde tres late ꝛ lõge fm mẽbrum de vna aut duabus brachiatis in oxicrato infu se ꝛ expsse. q̄nto stupate leues bñ ꝛ equalr fa cte fz q̄titatẽ mẽbri infuse ẽt i oxicrato ꝛ ex presse: vt ɔsulit Raſ. 6. astelle plane ꝛ leues de abiete vel de ligno a vaginis spataꝝ: aut de cornu: aut de ferro siue corio lõge fm mẽ brũ ad tres vel quatuor digitos vltra fractu ram: vt dicit Albu. ꝛ plus si est necesse: dũta xat q nõ tangant neqꝫ offendant iſicturam grossiores i medio q̄ circa extrema tot quot sunt necesse ad inuoluendũ totũ mẽbruz: de vna tamẽ ad aliã digiti vni sit latitudo: ꝛ q coopianĸ de pãno ꝛ linianĸ cũ albumine oui. septimo q si est necesse habeanĸ canuli cum chordula ligati singlr tot quot sunt necessa rũ fm longitudinẽ mẽbri ꝛ cũ chordula ligẽ tur astelle: ꝛ cũ canulis voluẽdo stringanĸ ad sufficientiã. Et postea p oẽs canulos virga pua intromittaĸ: vt reuolutionẽ ꝛ stricturam suã nõ pdãt. octauo q habeaĸ cunabulum aut suspẽsoriũ in quo mẽbrũ firmiter et pla ne situeĸ. nono lectus de almatraciis in quo iaceat. Et si est necesse sit pforat ad ascel'ã dum. decimo chorda pẽdẽs supra lectũ: aut aliud ad appodiandũ ꝛ iuuandũ se cũ vo luerit ascellare: aut se erigere ꝛ girare.

¶ Scdm documentũ est de equatione q in tpe equationis sint duo ministri: ꝛ vnus te neat ꝛ trahat mẽbrũ ab vna extremitate et alter ab alia directe vt eminẽtie nõ frangan tur. Et si ɔueniẽter cũ manibus nõ pñt extẽ dere mẽbrũ fractũ q circũ immittãt laq̃os vl organa qualia hyppo. nos docuit vt ibi su pra dicit Gal. Organa autem illa credo sint corni lignei cum colũnis sicut dicit Alb. aut facti ad modum spingulaꝝ vt habebat ille de limello ꝛ extenso membro cum manibus magister tractando ipsum fm longitudinez cum facilitate ducat ad contrarium q̄ egres sa sunt exemplo vtentibus: eo qd sanum est vt vbi supra dixit Gal.

¶ Tertium documentum est q conseruatio que fiet per ligaturam ꝛ per situationẽ fiat

faciliter & indolorose. Eliget inquit Galc. vtique quos descēdere & plasmare & superligare & deponere secundum modū & figurā indolorosissimam. Nihil enim est cū magis destructionis mēbri quam dolor: qui peruenit ex strictura & inepta repositura. Et aduerte quod ex hoc multa mēbra vidi estiomenari & corrūpi: de quo etiā Rasis operantem incantat. Ligatura enim quidem remissa est nō tenet ossa: quod vero fortiter est restricta dolorē operatur & vitā nō permittit veniream mēbro. fiat ergo mediocris. terminus autem eius est bona toleratio: vt dicit Ras. & dictum est supra. Tres aūt bindas cōsulit hyp. in ligando fracturā: prima enim de loco fracture ascendēdo quē est materiei descēsus prohibitiua. Secūda a dicto loco descēdēdo quē est materiei expressiua. Custodiūt igitur simul & roborant quod factum est: & absque flegmonizatione seruant iste due prime binde: vt dicit .G. multis inuolutionibus cōtinentes fracturam versus sanū: quantū fuerit necesse supposidētes. Non tamen sufficiunt: nisi sit tertia que ad custodiā splenorū .i. plumaceolorum fuit adinuēta: vt aūt nō flegmonizet iubet vti ceroto: loco cuius oleū ro. ponitur: si tamen fuerit cū vulnere austerū & nigrū vinū. Et est cōsiliū Ras. quod circa diem septimā strictior ligatura incipiatur in principio tamen & fine laxior fiet timore apatis a principio: & vt melioretur nutritio in fine. Apta enim situatio dupliciter preparatur: vt ponit Gal. vno modo ex cōi intentione quod sit indolorosa: alio modo quod natura particule & cōsuetudine: & concordantur isti modi adinuicem: quia naturalis & cōsueta figura particule indolorosa est maxime. Et de hac positione summe incantant patientē quod caueat eam. Et ob hoc inuenta sunt cunabula & suspensoria & instrumēta mechanica ad firmius & tutius tenendum ipsa. ¶ Quartum documentum est quod a principio apponantur astelle leues: aut alique loco earum non ad restringendum: sed solum ad sustinendum vsque ad diem septimū: quādo transiuerit tempus apostematis: & tūc ponantur astelle bone & sufficientes ad restringendum & sustinēdum: & continuentur vsque ad finem: quod porus sit bene firmus: & non fiat festinatio in remouēdo. vt dicit Aui. Unde Gal. in sexto. Apparentibus omnibus sine impedimento flegmonationis: & magis gracilia: tunc licet ferulas apponere & premere: ante vero quando flegmonia dominabatur intentio: licet supple esset bonum ad sustinendum ponere: tamen non erat tutum eas primere ¶ Quintum documentum est de tempore remutationis: quia remutatio nō fiat: si constat quod fractura sit bene rectificata: & nihil sinistrum contingat vsque ad. 19. vel. 15. vel. 20. dies quāto enim tardius soluitur tanto melius dicebat Rasis. Si autem dubitaretur de rectificatione infra septimū diem vel. 10. remutari pōt: quia adhuc non generatur porus. Et si aliquid est ad rectificandum: tunc potest rectificari. Si aūt accideret dolor aut apostema seu pruritus infra tertium diem fiat remutatio: & ita voluit Aui. vnde Gal. vbi supra. verum littera est intricata: & forte in exemplis grecorum male inuēta: quia illud solueretur intra acus est negatiue. Soluere aūt iubet hypp. per tertium si fastidium aut pruritus: aut transpirationes male detēte particule inascantur: Si vero illa nō fuerint: non licet soluere frequenter sed expectare. Unde post principiū ac vero & post septē non licet soluere plurimū: nisi particula indigeret extrahere ycores: vel si porosatio nō fieret bene: quod cognoscitur circa tēpus predictum & tunc est soluendum: & ita intellexit Brunus & Theodoricus & oēs practicantes.

¶ Sextū documētum est de generatione pori: quod postquam incipit generari versus. 8. diem regimen ingrossetur: renutricare enim dicit Ga. oportet corpus cibariis euchimiis & nutritiuis: ex quibus generari consueuit humor non solū benignus sed etiā viscosus: ex quo oportet magis generari porum velut dicit Aui. est risimum frumentū coctum cū aqua & pedes vētres & capita aialium decocta: & vinū stipticum grossum. Et caueat ab oī eo quod subtiliat & adurit sanguinē sicut vinum subtile allia atque cepe & sinapis & spēcia & coitus & sitia. Unde Ras. oportet in eis regimen subtiliare a principio per aliquot dies & vino nullo modo approximare presumant & ventrem solui & flebothomari: si fortes fuerint vt prohibeatur apostema: postquam autem erit securus de apostemate ad regimē quo consueuerat vti reuertatur.

¶ Expeditis documentis veniendum est ad predictas quatuor intentiones quē in summa complentur.

¶ Prima que est ossis equatio completur cum debita membri extensione: & ossis depressi eleuatiōe: & eleuati depressione indolorose: quousque capita ossium ad naturalem situm reducantur.

¶ Secundum completur cum bona & decenti ligatura & appodiatura. Et licet modus apud diuersos sit diuersus: quia aliqui immediate super fracturam vngunt & ligant vsque ad quartum vel sextum aut septimum dies nō astel

K

lant nonnulli immediate a principio empla strant. Et numerū plumaceolorū de stupata vt Theodoricus: aut de pānis: vt magr̄ petrus de argentina applicant ꝛ desup ligant ꝛ astellant. Et vtrobiqꝫ periculū: qꝛ dormiendo membrū posset torqueri. Et supra tot plumaceolos debita non pōt fieri ligatura.

¶ Ego tñ mediādo plꝰ vere ad modū Gal. Albu. Aui. haliab declinādo iuxta documēta prius data. Istas duas intētiones cuꝫ tribus ordinibus cōpleo. In primis respicio vt ꝯseruādo dolor sedet. In scđo conseruādo vt porus generet. Et in tertio vt ꝯseruādo mēbrum cōfortetur: ꝛ ad suos actus reducatur.

¶ Primus ordo sic cōplet ꝙ fractura equata dum adhuc tenetur mēbrū extensum per ministros cū ligamēto longo lato ꝑm naturā mēbri vt immediate vt Rogerius aut mediāte aliquo pāno: aut leuissima stupata: vt Lāfrancus dūtaxat ꝙ nō sit adeo grossa: ꝙ impediat decentē ligaturā: infusa i mixtura albuminis ouorū ꝛ olei ros. incipiēdo sup fracturam descēdendo ꝛ ascendēdo de pte sana satis capiēdo: plus tñ supra fracturā stringēdo plane: ꝛ indolorose liget. Et desup ligaturam filtrū: aut pānus duplicatus: aut stupata infusa ꝛ expressa q̄ cōprehendat totū mēbrum: vt astelle nō offendant ipm: suatur et apponantur desup astelle de ligno: aut de corio ꝑm materiā mēbri facte cum stuellis aut bindello ligent: ꝛ ad quiescendum in loco firme tranquillo cū suis appodiamētis situet. Et in crastinū patiens si est necesse ꝛ possibile flōmetur: ꝛ regimē subtile sibi iniungat. Et de ventre in primis diebꝰ precipue si fractura in membris fuerit interioribꝰ nō curetur: ꝛ nō remutet vsqꝫ ad .10. vel .15. dies: nisi fractura fuerit male preparata: aut aliud occurrat qđ instet. Et tunc post tertiū vel quartum diē dissoluat: ꝛ reparatis reparandis: vt prius preparet: ꝛ ita cōpletur primus ordo.

¶ Scđs vero cōplet ꝙ post .12. vel .15. diē qñ materia pori incipit venire ꝙ percipit p sedationē doloris ꝛ aduentus spatis: ꝛ per bonam mēbri colorationē ꝛ ligaturā dissoluat: ꝛ membrum cū aqua calida lauet. Et si aliqđ est ad reparādum repararet: ꝛ emplm̄ factū de farina volatili ꝛ pul. rubeo cū albuminibꝰ ouoꝝ extensum in pāno desup apponatur ꝛ liget: ꝛ oia alia fiant vt in prima ꝑparatione nisi aliquantulū plus stringat: ꝛ abinde regimen ingrosset. Et si est necesse venter leniat ꝛ ita remutet de septimo ad nonuꝫ aut plus quousqꝫ os sit bene cū poro ligatū: qđ scitur per tactū ꝛ deinflationē: ꝛ tps sue firmatiōis aduentū.

¶ Et tunc incipiendū est tertius: ꝛ est de tertio in tertiū membrū cū vino salito decoctionis rosa. ꝛ absinthij in vase arboris quercus lauet: ꝛ cū bona stupata infusa in illo vino ꝛ expressa cum duabus aut tribꝰ astellis ligetur: ꝛ tunc membrū ad operationes solitas paulatine ꝛ caute reducat: ꝛ in fine si est necesse cū dialtea ꝛ oxicrato dulcoretur.

¶ Sed quarta aut quinta intētio cōplet ꝑm ꝙ accidētia occurrūt: vt si est dolor aut apostema ante oia: immo si esset ligatū dissoluatur: ꝛ cū lana ꝛ oleo ꝛ aceto ꝛ alijs cōuenientibus remedijs sedent: ꝛ nō liget: neqꝫ astelletur nisi ad sustinendū membrū: ꝛ tenendū medicamina quousqꝫ fuerint sedata. Et tūc ad preparandū redeat prout dictum est. Si aūt pruritus supuenerit dissoluat ligatura: ꝛ cum aqua salita membrū embrocet: aut cuꝫ vnguēto albo: aut populeone inungat ꝛ ligetur vt prius.

¶ Si vulnus fuerit factū a principio aut post ꝑpter extrahere frustula ipsis extractis suatur: vt dictū fuit in de ossiū vulneribꝰ supra: ad qđ est recurrendū ꝓ hmōi fracturis: ꝛ vt dictū est preparet. Et qñ faciet saniē foramen per vnde possit vulnus mundificari qñ erit necesse dimittatur.

¶ Si fuerit porus paruus cū fricationibus ꝛ embrocationibus ꝛ empl'is piceis ꝛ laxa ligatura nutrimentū ad locuꝫ trahatur. Si nimius cū lamina plumbi ꝛ ligatura constringatur.

¶ Si os fuerit male cōsolidatū: ꝛ fuerit recens de sex mensibus mollificetur cum balneo ꝛ emplastro de bismaluis ꝛ cōsimilibus per .15. dies vt dicit Ianierius: ꝛ extēdēdo cum vittis ab vtraqꝫ parte impingendo cum genu refrangatur: ꝛ incontinenti equetur: ꝛ vt dictum est preparetur. Et multotiēs est possibile ꝙ leniendo orosbot equatur fractura: cum eo qđ scis inquit Aui. in quo pondus cum pallula vidi vtile.

¶ Si autem fuerit antiqua ꝛ porus induratus iuxta cōsilium oim peritoruꝫ dimitatur melius eñ fuisset illi sapienti de quo loquit haliab. in tertio tegni. viuere cū sua claudicatione q̄ꝫ in talibus tortoribus mori. Veruꝫ si multuꝫ infestetur ꝛ aliter nō potest fieri cōsulit Aui. ꝙ incidatur caro ꝛ orosbot fricādo separetur. Si fuerit attritio: ꝛ timetur mēbri corruptio scarpelletur: ꝛ vt dictū est de estiomeno regat. Et si remanserit durities curet. vt in sexto de artetica ꝛ passionibus iuncturarum: ꝛ in antidotario dicetur.

¶ De trāsuersalibus sufficiant: ꝛ hoc de lon

situdinalibus eodem modo est procedendũ premere autem oportet magis eas ſm fracturã ꝛ pellere intus magis illud qđ abscessit vt dicit Galenus.

¶ De spāli reductione fractura cranei ossis nasi mādibule. ossiũ capitis ꝛ faciei. Cap. ij.

De cranei fractura ꝛ de naso dictum est superius in tractatu tertio de vulneribus. ¶ In fractura mādibule cõueniunt oēs haliab. Albu. ꝛ Aui. ꝙ si fracta fuerit cum digitis tuis positis intra os patiētis reducatur ad scema suũ qđ cognoscitur quādo dentes partis sane cõiunguntur cum dentibus alterius directe: ꝛ tunc ligatis dentibus infirmis alijs sanis cũ filo bene cerato: aut de argento vel auro apponantur: ꝛ desuper auxilia dicta in cõi sermone: ꝛ desuper loco stuparũ plagelle de pāno multiplicate: ꝛ post astellā de solia corij. Et ligetur ligatura incipiente retro colluꝫ ꝛ veniente supra mandibulam reuertēdo sub auribꝰ retro caput reducendo ligetur in frõte. Et si sint necessaria plures reuolutiones fiāt per eundē modum donec ligatura bene fuerit firma. ¶ Cibaria sua sint sorbilia: ne ipsum grauent in masticando.

¶ Tempus autem sue firmationis est fere. 28. dierum ſm Aui. ꝛ Albuc.

¶ De fractura colli ꝛ spõdiliũ dorsi. Ca. iij.

Inquit paulꝰ vt dicit Auicē. et haliab. idem affirmat: ꝙ ossibus spondiliũ raro accidit fractura. Sed plurimũ attritio: lꝫ cõtrarium dicat Albu. Uerum paulus ꝛ haliab. itellexerunt in rotũditatibus ipsoꝝ Albu. ꝟo in alijs eorũdem. Quicquid sit si nocumētũ ꝑuenit ad nuchā ꝛ neruos ꝓcedentes ab ea perducunt ad paralisim. vt dicit Albuc. manuum si superiorum pedum si inferiorum: ꝛ aliquando sequitur mors: vt dicit Aui. quare oportet vt premittamus sermonem in ꝑditione. Et si accidit egestionis inuolũtaria egressio: aut non potest mingere quādo desiderat: scias ꝙ est mortale. vt dicit Albuca. Non ergo labores in curatione eius. Si ꝟo non accidit aliqđ ex illo curatio eius erit in sedatione doloris ꝛ apostematis cũ oleo ros. ꝛ vitellis ouorum assatis: ꝛ sedatis illis pone super ipsos aliquid de emplastris cõfortantibus ꝛ desiccantibus: ꝛ stringe locum cuꝫ ligamento. Et precipe infirmo quietem ꝛ sitũ super partem in qua minus dolet.

¶ Si vero frangitur postremũ ossis caude intromitte pollicem manus sinistre in anuꝫ ꝛ equa os fractuꝫ cũ manu altera ſm ꝙ fuerit possibile: deinde pone super ipsum emplm̄ ꝛ astellas: ꝛ stringe cum ligamento.

¶ De fractura furcule ꝛ ossis spatule seu homoplatis. Cap. iiij.

Fractura furcule pectoris aliquando est ad exteriora: aliqñ ad interiora: ꝛ que ad exteriora. est facilis reductionis: q̄ vero ad interiora difficilis. ¶ In illis que ad exteriora non oportet nisi modicũ trahere humerum ꝛ fracturā premendo intus ducere: ꝛ auxilia dicta ponere ꝛ stupatā: aut pānos plicatos ꝛ astellam de sola duorũ digitoꝝ in latitudine: ꝛ octo in longitudine: ꝛ ligare ligatura longa transeundo sub titillicis in q̄bus fit pila de lana: aut stupis: ꝛ totiens voluat̄ quousqꝫ locus fuerit bene firmatus suspēdatur brachium ad collũ ꝛ quiescat. Et videat̄ cõtinue idest quotidie: ꝙ ligatura non relaxetur: ꝛ semper refirmetur: vt dicit Albu.

¶ Si aũt fractura sit ad interiora applicato genu in medio spatularuꝫ vt faciebat magister meus Bonoñ. trahantur fortiter humeri ad posteriora: ꝛ tunc cum manu reducatur fractura: vel extendat̄ patiens ad terram: vt Aui. ꝛ retro scapulas ponat̄ puluinar seu carellus rotũdus: aut gibosus: ꝛ ꝑmanet ad terram fortiter humeri: ꝛ tũc cuꝫ manu reducatur fractura. Et si nõ reducit̄ vnge manum: aut corium cũ aliquo visco vt fit de costis: ꝛ violenter eleuādo manũ aut coriũ reducat̄ ¶ Et si faceret nocumentũ anhelitui: ꝛ ꝙ aliter nõ posset fieri vel reduci capiat̄ caute sine hoc ꝙ disrumpat̄ sifac cũ vncino: ꝛ trahatur extra vt fit in extrahēdo ossiũ frustula: ꝛ emplastret̄ ꝛ liget̄ ꝛ sustentet̄: vt dictũ est supra. ¶ Tempus sue firmationis est. 24. dies vt dicit Albu.

¶ De fractura ossis adiutorij ꝛ brachij ꝛ totius manus. Cap. v.

k ij

Cadiutorij cum frangitur ſm plurimū declinat ad exterioꝛa. vt dicit Aui. Circa quā fracturā eſt intelligendū ꝑter vniuerſalia: qꝛ lꝫ Albuc. ponat duos modos reductiōis ⁊ equatiōis: quoꝝ pꝛim⁹ mihi eſt difficilis. Scđs facilis: cōcoꝛs eſt cū oībus: niſi in hoc ꝙ loco aſtellaruꝫ ꝑcipit vt brachiū ligeť cū adiutoꝛio: taliter ꝙ vola manus iungať cū humero. Nihilomin⁹ melius eſt: vt poſt reductionē factā ſuauiter indoloroſe trahēdo adiutoꝛiū cū brachio ⁊ cubito ꝑ vnū miniſtrū: altero firmiter tenēte partem ſupioꝛē ⁊ humerū: fractura cū manib⁹ equeť ⁊ ligetur: ⁊ quinqꝫ aut ſex aſtellis aſtelletur. ad colliū cū gauſape ſuſtenteť: ita ꝙ brachiū plane ſupra ventrē iaceat: ⁊ cū preſſuris ⁊ pānis ita appodieť ꝙ nō toꝛqueať. Remutať aūt de q̄rto ad ſeptimū: ⁊ firmať i vndecima

¶ De brachio ⁊ focilibus eius.

Accidit qñqꝫ in brachio vt frāgātur focilia duo ſimul: qñqꝫ ꝟo alterū ſolū. Et fractura focilis inferioris maioris eſt vehemētioꝛ ⁊ turpioꝛ q̄ ſuperioris minoris. vt dicit Aui. ⁊ Albu. illud idē. Circa quā fracturā ꝯcoꝛdāt oēs ꝙ ſiue vnum os ſit fractū: ſiue ambo extendať ꝑ duos miniſtros vnus trahat verſus cubitū: alter verſus manū: ⁊ medic⁹ cū ſuis manib⁹ ſuauiter equet ⁊ reſtauret ⁊ liget. ⁊ alia fiant q̄ dicta ſunt in capl'o vniuerſali. ¶ Brachiū qñ alterū os frāgiť cū minoꝛi ſufficit aſtellatiōe: qñ aūt ambo frāgunť q̄nqꝫ aut ſex aſtelle requiruntur. ſituatur iuxta ventrem: ſuſpenditur ad collum. firmatur in. 38.

¶ De raſeta ⁊ digitis manus.

Oſſibus raſete parum accidit fractura: qm̄ ipa ſunt dura valde: ſꝫ ſeparatio quare ꝯſulit Albu. ꝙ extendať manus ſupra tabulā: ⁊ cōpꝛimēdo et plaſmādo reducanť ⁊ emplaſtrenť ⁊ ligētur ⁊ aſtellentur conuenienter ⁊ vola ⁊ manus cum ſtupis aut pānis impleatur: ⁊ digiti vn⁹ cum alio ligentur. remuteť de quarto in q̄rtum, firmatur in. 20. diebus.

¶ De fractura coſtarum ⁊ partium eius. Cap. vj.

Intelligēdum eſt ꝙ fractura furcule ⁊ coſtarum ⁊ oſſiū thoꝛacis in multis ꝯueniūt differētijs ⁊ cauſis ſignis ⁊ iudicijs: ⁊ in mō curādi. Nā ſicut dictū eſt de furcula aliqñ frāgunť ad interioꝛa: aliqñ ad exterioꝛa: aliqñ ꝟo coſte plicanť: ⁊ nō frāgunť. ¶ Signa aūt ſunt cōta ⁊ vlcera: ꝙ qñ frāgūtur: aut plicanť ad interioꝛa accidūt accidentia pleureſis de nocumēto anhelit⁹. ⁊ ſputo ſanguis ⁊ tuſſi: quare eſt multū periculoſa. ¶ Circa curā ipſi⁹ eſt aduertendū: ꝙ lꝫ Halab. ⁊ Aui. Albu. ⁊ multi alij diuerſimode: ⁊ ſine diſtinctiōe tractēt de fractura coſtaꝝ: qꝛ Albu. Aui. ⁊ halab. cū lana ⁊ oleo puluillis ⁊ ligamētis. Roger⁹ equat ⁊ reducit cū manib⁹ ſuis linitis aliquo viſco i balneo: aut iuxta ignē: firmādo cū aplicon: in alio cū applicatione. Jameri⁹ idē: niſi ꝙ in quatuoꝛ pꝛimis dieb⁹ empl'at cū melle ⁊ cimino baccis lauri pulegio ⁊ coſto. Quē modū etiam vt affirmat theodoric⁹ ſequebať hugo magr̄ ſuus. Brunus aūt cum diſtinctione illa q̄ ab extra equat cū manib⁹: ⁊ empl'at ⁊ aſtellat vt ꝯuenit. Ad illā q̄ ad intra declinat. fomētat cum oleo ⁊ lana in parua. In magna aperit ⁊ trahit Euil. de ſali. cū manib⁹ equat: ⁊ cū albumine ouoꝝ: ⁊ farina: ⁊ alijs glutinatiuis emplaſtrat. Lāfranc⁹ ꝓcedit vt Roger⁹: niſi ꝙ ꝑcipit vt patiēs tuſſiēdo iuuet extrahere coſtaꝫ ad extra. ¶ Ego aūt de tali fractura ſuppoſito regimine vl'i de flebothomia ⁊ vētre ⁊ dieta ⁊ potiōe carminātē materiā ꝯgelatā vt eſt brodiū cicerū diſtinguo: vt Brun⁹ ꝙ ipſa aut declinat ad extra: ⁊ tūc cōpꝛimēdo cū manib⁹ equo ⁊ cū empl'o de albuminib⁹ ouoꝝ ⁊ farina ⁊ alijs glutinatiuis ⁊ bonis ſtupatis ⁊ aſtella ſolea: ⁊ lōga binda locū firmo: ⁊ in fine cū dialtea ⁊ oxicrato dulcoꝛato. Aut ad intra declinat: ⁊ tūc vt Roger⁹ Jameri⁹ Lanfranc⁹ in balneo vel iuxta ignē manib⁹ linitis cū terebētina: aut aliquo viſco: ⁊ applicatis ſup partē dep̄ſſam trahēdo cū adiutoꝛio tuſſis ⁊ retētiōe anhelit⁹ patiētis eā cū oī ingenio eleuo: ⁊ ſi neceſſariū eſt ventoſam appono: aut apio vt dicit Aui. Et ſup parteꝫ in pꝛimis trib⁹ aut quatuoꝛ dieb⁹ ad ſedanduꝫ doloꝛē ⁊ ꝓhibendū apatione oleū ro. ⁊ albumina ouoꝝ cū ſtupis applico ⁊ leui ligatura ſolū ad retinendū medicamina ligo. Poſt ꝟo cū empl'o de farina fabaꝝ ⁊ melle ipm rego In fine cū dyaltea ⁊ oxicrato dulcoꝛo. Remu.

tatur de quinqꝫ. firmatur in. 20.

¶ De fractura ossis anche: ꝛ coxe. Ca. vij.

Anche raro frã git. Sed qñqꝫ findit ꝛ cõminuunt extremitates: ꝛ qñqꝫ ipellit ad ventrẽ: ꝛ accidit ꝑpter hoc dolor ꝛ stupor i coxa: ꝛ ex hoc sequit diminutio in coxis: et est satis difficilis ad reducendũ. Et in reducẽdo opꝫ extẽdere: coxas ꝛ pellere anchã: ꝛ sicut erit possibile reducere: ꝛ postea emplastrare ꝛ ligare.

¶ De coxa.

Cum coxa frãgit necessaria ẽ extensio fortis: vt dicit Aui. propter quã fracturã ꝛ oim aliorum mẽbrorum est intelligendũ ꝙ de causis: ꝛ etiaꝫ de regimie in gñe est recurrendũ ad sermones vles superius dictos: nisi quantũ est de fractura coxe parũ denudat a claudicatiõe: vt dicit Aui. In spāli tñ est sciendũ ꝙ fere oẽs cõcordant ꝙ eodẽ mõ est ꝓcedenduꝫ in regimine ipsius vt in adiutorij fractura: ꝑpter qđ opꝫ vt fortius extendat. Et ideo ꝑcipiũt eã extẽdere ꝑ duos ministros cũ ligamẽtis ligatis sup ꝛ subtus fracturã: etiã ꝑcipiũt: vt liget fortius ꝛ astellet cũ. 6. vel. 7. astellis: quarum exteriores volebat Guilelmus esse lõgiores ꝛ fortiores: lꝫ ẜm Albu. sufficeret cũ tribus: qꝛ crus loco astellarũ ꝑcipiebat ligari cũ coxa: vt calcaneus ꝑueniret ad nates: qđ mihi non placet. ¶ In modo tñ situãdi sunt diuersi. Nã aliq̃ vt Rogerius Albu. ꝛ Guil. situant eã in lecto plano ꝛ appodiãt ipsaꝫ hincinde cũ pãnis ꝛ stupis qđ nõ laudo. Alij vt magr̃ Petrus cũ sustentamẽtis factis de paleis lõgis ẜm longitudinẽ pedis inuolutis cũ linteamie ꝛ sutura desup ligãt cũ tribus aut q̃tuor vittis. Alij fovt Aui. ꝛ Brunus: ꝛ sentiebat Rogerius cũ duabus astellis lõgis vsqꝫ ad pedes ligatis etiã cũ vittis. Nõnulli vt Lãfrancus ꝛ multi moderni i capsula seu canabulo vsqꝫ ad pedes ponũt. Quicqđ aũt diuersificẽt oẽs intẽdũt coxã fractam equatã talr̃ situari: vt sine molestia q̃escat ꝛ nõ moueat: neqꝫ declinet ad aliquã partem. Et ideo incantãt operantẽ. Rogerius vt ẜm lõgitudinẽ sane teneat infirma. Et ad maioreꝫ cautelã Rogerius situabat in lecto stricto pforato: vt sine eleuare de situ posset assellare: ꝛ ligabat coxã ꝛ tybiã in tribus aut quatuor locis cũ spõda lecti: ꝛ pedẽ ad colũnã: vt nõ posset eã patiẽs ad se trahere vt Theodoricus. Ego aũt eã ligatã: ꝛ cũ astellis longis vsqꝫ ad pedes firmo: aliquotiẽs cũ illis appodiamẽtis de paleis: aliquotiẽs cũ capsa: ꝛ ad pedẽ ligo pondus plũbi trãseũdo chordã sup paruã polegeã: ita ꝙ tenebit tybiã in sua lõgitudie Et si est aliquis defectus in equatione trahendo paulatine rectificabit. Remutatur de ix. ꝛ vltra. firmatur in. 50. diebus.

¶ De fractura genu ꝛ tybiarũ totiusqꝫ pedis. Cap. viij.

Rotula genu raro frãgit. Sed plus conuertit. Et opꝫ in restauratione eius vt dicit Haliab. fragmẽta cũ digitis adunare ꝛ ẜm suã figurã adeq̃re ꝛ emplare ꝛ ponere astellã rotundã de sola: deide ligare vt conuenit.

¶ De tybia.

Tybia qñqꝫ frangit ẜm duo focilia: qñqꝫ ẜm alterũ: qñqꝫ i maiori: ꝛ tũc declinat ad posteriora: qñqꝫ minori ꝛ declinat ad anteriora ꝛ iteriora. ¶ Et fractura focilis maioris est deterior minore: qꝛ maior sustinere põt tybiã. qñ aũt frãgunt ambo est deterius. ¶ Fractura tybie vult Albu. ꝛ Hali. ꝙ ita regat: sicut fractura brachij: nisi ꝙ ꝑcipit ꝙ situet inter duas tabulas ẜm longitudinẽ totius tybie: aut in cunabulo qđ idẽ facio ꝛ qñ ẽ necesse igenia de coxa sibi appropriõ.

¶ De calcaneo.

Calcaneus non frãgitur qꝛ os durum est: ꝛ protectum a ligamentis.

¶ De rasetta pedis.

Rasetta pedis etiam raro frãgit: ꝛ qñ frãgit difficilis est curatiõis: vt dicit Aui. ꝛ sepe adducit accñtia mala: de qua dicit Albuc. ꝙ restaurat ponẽdo pedẽ supra terrã: ꝛ calcãdo cũ pede tuo: emplet ꝛ liget cũ astella lata ẜm ventrẽ ꝛ solã pedis. ꝛ cõpleant cõcauitates vt de manu fuit dictum.

¶ De articulis digitorum.

Digitorũ pedis fractura equat sicut ⁊ digitoꝝ manus vt haliab. dicit.

Doctrina. ij. de restauratiõe dislocationum

Cuius sunt octo capitula.

¶ De dislocatione in vniuersali. Cap. j.

Dislocatio vt dicit Auic. ẽ egressio ossis ex loco suo naturali in quo est coniunctuz ¶ Circa quã est intelligendum fm intentionẽ eiusdez in libro primo: ꝙ coniunctio ossium ad inuicẽ est quadruplex: vna est serratiua: vt in cõmissuris cranei: alia infixiua vt in fixione dentiũ. Alia est apodiatiua vt i tabula pectoris quarta est ligatura: vt pixidis ⁊ vertebri. ¶ Circa quã coniunctionem ꝓprie accidit dislocatio. ¶ Circa vero alias nõ. Sed motio siue apertio q̃ non ꝓprie: sed large dicitur dislocatio: vt dicit Lanfrancus ¶ Dislocatio aũt quedã est cõpleta: in qua totaliter exit os a sua coniunctura: que dicit vera dislocatio. Quedã est incõpleta in qua non exit' totaliter: que dicit ab Aui. declinatio ⁊ cõtorsio. Quedã non exit a iunctura: sed elongat ligamentũ q̃ dicitur gaben ⁊ elõgatio ligamenti ita vocat in quarto cañ. in duobus locis. ¶ Modi dislocationum sunt etiaz quatuor: anterius: posteriꝰ: interius: ⁊ exterius. Et cũ hoc quedã est simplex: q̃dam cõposita cũ fractura vulnere dolore ⁊ apate: q̃dam cum duritie. Ab istis em̃ differentijs sumitur indicatio curatiua.

Cause dislocationũ q̃daz sunt extrinsece vt casus ⁊ percussio ac inepta extensio: q̃dam intrinsece vt humor mucillaginosus continens iuncturas.

¶ Signa ⁊ indicia.

Signorum em̃ q̃dam sumunt a substãtialiter inherentibus: vt a cõpositione peccãtis q̃ habet eminentiã ⁊ concauitatẽ ab alia ꝑter solitum: q̃dam ab accidẽtialiter inherentibꝰ vt a dolore ⁊ ab operatõibꝰ ⁊ motus difficultate: q̃ quidẽ signa p cõparationẽ ad suã sanã cõparem iuncturã trahunt. vt dicit Aui. ¶ Judicat p hyp. ⁊ Gal. in sexto affoꝝ: ꝙ q̃cunq̃ a dislocatiõe molestant ⁊ restaurant: ⁊ rursus resilit his muscillagines sunt in iunctura: tabescit crus ⁊ claudicãt nisi vrant. Et lꝫ ista nõ sunt recte verba hypp. ita tñ exponit Gal. modũ vrendi dat Albu. cũ instrumẽto circulari. ¶ Judicat per Aui. ꝙ dislocationes cõposite cum vulneribꝰ dolore aut apate sunt difficiles ⁊ periculose. Ita ꝙ aliquotiẽs cogunt remanere particulaz incuruatã: sine reductione: vt dicebat Gal. in quarto terap. ¶ Preterea dislocatio antiqua ⁊ indurata est difficilis ⁊ quasi impossibilis ad curandũ. Et ideo quanto citius erit possibile festinetur ad restaurãdũ. ¶ Ampliꝰ dislocatões diuersificant fm iũcturas i qbꝰ fiunt: q: q̃dã ẽ facil dislocatõis ⁊ facil' reductõis: vt i iũctura poplitꝭ ꝑter leuitatẽ ligamenti: q̃dam difficilis vt in iunctura cubiti pedũ ⁊ digitoꝝ: q̃daz mediocris vt humeri anche ⁊c. ¶ Amplius dislocatio in qua frangunt margines concauitatis ossium sunt pessime. ¶ Ad vltimũ iudicatur reductio: qñ audit' est strepitus ossis intrãtis: ⁊ videtur figura naturalis cõparata suo pari: vt dicit Jamerius.

Curatio gñalis dislocationũ ꝑmissis aliquibꝰ documẽtis dictis in doctrina fracturaꝝ cõibus oim̃ restaurationũ fracture: ⁊ dislocationis habet quatuor intẽtiones. prima est iuncture reductio scða est iuncture reducte firmatio ⁊ cõseruatio. tertia ẽ ab apostemate ⁊ dolore defensio. Sed quarta est accidentiũ correctio.

¶ Prima cõplet cũ extensiõe iuncture ⁊ impulsione eminẽtie ⁊ cõcauitatis repletiõe sua: ⁊ indolorosa fm ꝙ erit possibile. ¶ Scða completur ꝙ iuncta iunctura cũ oleo ros. ⁊ applicato panno gracili applicent stupate: aut pãni multiplr' plicati in albuminibꝰ ouoꝝ infusi: ⁊ si est necesse astella de corio supapponat ⁊ ligetur cũ bindis in oxicrato infusis latis ⁊ longis iuxta particule quãtitatẽ: vt specificabitur infra ⁊ situet mẽbrũ quietius: ⁊ indolorosius quo erit possibile de quarto ad septimum remutãdo. In scðis remutationibꝰ em brocãdo si est necesse cũ aq̃ calida ipria si fuerit recẽs nequaq̃: q: adderet in apate: sicut de pãnis calidis dicit Aui. ⁊ emplastrãdo cũ farina volatili ⁊ puluere rubeo cũ albuminibus ouorũ incorporatis: ⁊ strictius ligando tũc vt dicit Ras. ¶ Tertia intentio cõpletur cũ flebothomia ⁊ purgatiõe si est necesse: et bona dieta a principio subtili. ¶ Et sedato dolore ⁊ apate ingrosset prout est dictũ superius in fractura: ⁊ in fine cõfortet cũ embroca aque decoctiõis ro. absinthij: in osse arboris quercine ponẽdo spadagrapũ: aut oxicro

ceum: reducẽdo mẽbrũ suauiter ad pristinas suas actiones. Sed quarta intentio cõplet̃ ꝑm accidẽtia. Si est dolor ꝛ apa ꝙ prius sedet̃ ꝙ reducat̃: qꝛ ꝓpter tractionẽ timẽdũ esset de spasmo ꝛ accidẽtibus malis: ꝛ hoc cũ lana infusa in aqua calida ꝛ oleo. Et postea reducatur vt dicit Albuc. Si fuerit cũ vulnere p̃mo reducat̃ dislocatio post curet̃ vulnꝰ: ꝛ suatur si est necesse: ꝛ quãdo faciet saniem dimittat̃ sibi foramẽ ad expurgãdũ. ¶ Si ṽo cõponat̃ cũ fractura ꝑparet̃ p̃mo dislocatio: ꝛ postea fractura si est pos̃e. Si ṽo nõ est possibile preparet̃ fractura: ꝛ quãdo potius erit firmꝰ ꝑparet̃ dislocatio. ¶ Et si ẽ dislocatio antiqua: ꝛ fuerit ibi durities embrocetur cũ aqua decoctionis malue bismalue: ꝛ inungẽdo cũ dyaltea ꝛ emplãdo cuꝫ dyaq̃lone magno: aut cum lana succida infusa in mucilagibꝰ. Et cũ corticibꝰ radicis bismalue coctis ꝛ pistatis: ꝛ cũ axungia impinguatis: ꝛ loco bene mollificato reducat̃ iunctura ꝛ sanet̃. Et si ẽ sanatio ꝛ motus difficilis aut nullꝰ remãserit: curet̃ ꝓut in sexto de artetica ꝛ passionibꝰ iũcturaꝝ: ꝛ ĩ ãtidotario dicet̃.

¶ De dislocatione mandibule. Cap. ij.

Mandibula quãdo ꝙ mollificatur: quãdoꝙ spasmatur: quãdoꝙ dislocatur: ꝛ eiꝰ dislocatio quandoꝙ est ad anteriora: ꝛ tunc os remanet apertũ: sicut in mollificatione: quãdoꝙ ad posteriora: ecõtrario eius quod accidit apud mollificationẽ. vt dicit Gui. Et tunc dentes inferiores subintrãt superiores. vt dicit Lanfrãcus: neꝙ os põt aperiri: sicut neꝙ in spasmo.

Signa dislocationis vltra signa vniuersaliter data sunt: qꝛ nunꝙ dentes superiores cũ ĩferioribus possunt adequari. ¶ Judicatur per Auicen. ꝛ haliab. ꝙ nisi cito reducatur induratur ꝛ adducit febres: dolores: ꝛ fluxum cholericum ꝛ accidẽtia mala: donec in decimo interficiat patientem.

Reducitur quando est ad posteriora vt teneat caput eius vnus minister: deinde intromittat restaurator pollicem suum in os ꝛ alios digitos sub mãdibula vel cuneum de ligno si nõ potest ponere digitos: ꝛ tunc trahendo fortiter mandibulam impellat sub auribus os in locum suum. Si vero fuerit ad anteriora ꝑm Guilelmum ꝛ Lanfrancum ponant bindam satis fortem sub mentone que totum ipsum mentonem comprehendat: ꝛ tunc vnus minister quãdo tu posueris cuneum infra os magis retro qꝺ potueris trahet fortiter capita binde per partem posteriorem tenendo genua super patientis humeros patiente iacente supino: vt docet Jamerius. ꝛ sic restaurabitur deo dante.

¶ Post vero restaurationem ponantur emplastra ꝛ petie consuete ꝛ ligetur ligatura cõueniẽte dicta in fractura. ꝛ remutetur de q̃rto in quartum. infra. 13. dieꝫ consueuit firmari. Jaceat in puluinari firmo: vtatur sorbilibus vt non oporteat eum masticare. Si autẽ diu steterit dislocata: ꝛ fuerit dura balnectur ꝛ mollificetur cum aqua calida: ꝛ oleo ꝛ alijs conuenientibus: vt dictum est reducatur. Et si accidentia mala superueniant occurre eis ꝑm ꝙ erunt de dolore radendo caput et inungendo ipsum ꝛ retro aures: ꝛ per colluꝫ subassellas cum oleo ro. calido ꝛ cura eum.

¶ De dislocatione colli ꝛ spondilium dorsi. Cap. iij.

Spondilia colli vt dorsi ꝛ quandoꝙ dislocantur complete: quãdoꝙ incomplete. Et eorum dislocatio: quãdoꝙ est ad intra: quandoꝙ ab extra ꝛ quãdoꝙ vero ad latera. Et quandoꝙ fit in spondilibꝰ superioribꝰ: ꝛ facit squinãtiã strumosaꝫ ĩ quarto tertiorum quandoꝙ in inferioribus: quãdoꝙ ĩ medijs: ꝛ facit gibbositatem.

Signa dislocationum sunt ad oculũ manifesta ꝛ ad tactum.

¶ Judicatur ꝙ omnis dislocatio spondiliuꝫ est periculosa ꝛ suspecta ad reducendum ꝓpter nucham ꝛ neruos maxime que ad interiora fit: qꝛ non potest conuenienter pertractari. ¶ Judicatur etiam ꝙ dislocatio spondilium superiorum nocet transglutioni: mediorum respirationi: inferioruꝫ vero egestioni ꝛ vrinationi.

Modus rectificandi fuit apud Albu. hali. ꝛ aui. satis longꝰ in summa tamen in dislocatione spondiliuꝫ colli trahatur caput caute cum manibꝰ aut cum binda: vt dicit Jamerius cuneo imposito inter dentes per mentonem: aut per pilos: aut per aures ad superius: humeri cum pedibꝰ impellãt̃ inferius ꝛ eminẽtia cõprimat̃

in alijs corp⁹ extendatur. Et cum omni ingenio ab vtraq; parte trahatur: vel cum fascijs cum columna: ꝛ cauillis vel poleilhis vt curno: ꝛ cõsimilibus ingenijs ꝛ eminẽtia cuȝ manibus aut pedib⁹: aut cũ tabula supposita cõprimat. ℂ Mod⁹ firmãdi ꝛ ꝯfortãdi ꝛ remoliendi: vt in alijs exerceat: nisi q̄ astellet ꝛ taceat desup vt cõprimat: ꝛ remutet de q̄nto in quintũ diem: q2 in .20. firmatur diebus.

ℂ De gibbositate humerali dicetur dum in proprijs passionib⁹ dorsi inferius tractabit.

ℂ De dislocatione humeri ꝛ partium homoplatis. Cap.iiij.

Licet Aui. non ponit nisi duos modos dislocatiõis humeri: vcȝ ad partẽ inferiorem domesticã versus titillicum q2 fit vtplũ. Et ad partem exteriorẽ siluestrẽ vt parũ. Nihilominꝰ ponit Albuca. ꝛ quasi oẽs q̄ aliq̄n. Sed raro dislocat ad pectoris partẽ ad superiorẽ aũt partẽ nequaq;: ꝓpter additamẽta que sunt hic.

Significatur dislocatio isti⁹ iuncture fm oẽs ꝑ signa cõia: q̄ sunt eminentia ꝛ ꝓfunditas seu cõcauitas insolita ꝛ motus difficilis: aliq̄n ꝛ impossibilis: q̄ cũ suo cõpari pñt comprobari. Et ꝑ ꝓpria vt ꝓfunditas seu concauitas ꝛ bassitudo magna in humero: ꝛ rotũditas eminẽs ad modum oui in subassella ꝛ man⁹ ad caput non põt eleuari. In inferiori dislocat: ꝛ eminẽtia anterior ꝛ ꝯcauitas retro Et man⁹ distensa remanet retro in anteriori Et eminẽtia posteri⁹: man⁹ nõ põt a latere separari in posteriori. ℂ Iudicat q̄ aduertendum est bene ad istã dislocationẽ: q2 sepe ꝓpter inflationẽ ꝛ apãtionẽ aut cõtorsionẽ decipitur homo: vt Rasis recitat: ꝛ audiui de facto in filia regis francie.

ℂ Curatio.

Ista dislocatio ꝑcipue que est ad inferius reducit ꝑ quinq; modos. Prim⁹ cõpetit in leuib⁹: ꝛ est q̄ extẽdat brachiũ ꝛ imponat pugnus aut digit⁹ au summitas humeri tui sub assella: deinde trahẽdo inclinet ꝛ trahat brachiũ ad inferiora ꝛ reducet. ℂ Secũdus modus est in fortib⁹: q̄ ponat glomerus firm⁹ sub assella: ꝛ trahat superi⁹ fortiter cũ mãtili: aut impingat cũ pede fortiter ad inferius brachiũ trahẽdo ꝛ reducet. ℂ Terti⁹ mod⁹ est q̄ posito glomero trãsuersetur barra sub assella ꝛ eleuet ꝑ duos ministros ꝛ trahatur fortiter brachiũ ad inferiora ꝛ reducetur.

ℂ Quartus mod⁹ est q̄ posito ꝛ eleuato patiente supra vnã sellã patiẽs ponat sub assella in vno gradu scale glomero immisso: ꝛ tenẽdo ꝛ trahẽdo fortiter brachiũ ꝑ ministruȝ remoueat sella de pedibus ꝛ reducetur.

ℂ Quintus de manubrio nõ intelligo. veruȝ Haliab. Albu. Auic. Brun⁹ Theodoric⁹ oẽs istos modos ponũt. Rogerius tñ q̄ mihi satis placuit in hoc casu nõ ponit illũ de pugno ꝛ de pede cũ pila: ꝛ illũ de barra loco scale: addit tñ in illo sellã sub pedib⁹. Jameri⁹ soluȝ ponit illũ de pila ꝛ pede. Modũ cũ pila ꝛ mãtili posuerũt Guil. ꝛ Lanfrãcus. Ille aũt dislocationes cũ extensione ꝛ manuũ cõpressione aut cũ mantili: vt ponit Lanfrãcus reducuntur. ℂ Et si nõ poterit reduci q2 diu stetit ꝛ indurata est fomẽtet mollificet cũ remollitiuis diu ꝛ postea reducat. ℂ Reductiõe facta suppositis vniuersalib⁹ superi⁹ dictis placet mihi: vt Rogerio: q̄ in primis trib⁹ dieb⁹: ꝓpter dolorẽ ꝑparet cum pãno subtili ꝛ stupa tis infusis in albumine oui: ꝛ post cũ emplo de farina ꝛ puluere rubeo. Et liget ponẽdo pilam de stupis: aut panno sub assella: ꝛ ligetur bene ꝛ firmiter cum binda latitudinis q̄n q; digitorum: ꝛ longitudinis duarũ brachiarum a duobus capitibus inuoluta ꝑ mediuȝ incipiendo super pilam sub assella: deinde ambo capita voluendo: ꝛ cruciãdo super humerum ducantur ad aliam sub assellam: ꝛ reducantur iterum super humerum cruciando ꝛ reducendo super pilam. Et iterum ꝛ totiens voluendo quousq; bene firmetur ꝛ suatur: et vbi indigebit maiori firmitudine resuat: ꝛ sustineatur cum mantili ad collum: remutetur de .ix. in ix. diebus: aut quãdo inflatio que prouenit ex restrictorio fuerit depssa: firmatur in .20. diebus: ꝛ post locus dulcoretur cum dyaltea: aut cũ aliquo sparadrapo aut emplastro.

ℂ Partes humeri parum dislocantur: sed separantur potissime furcula pectoris: quia in humeris non sunt alia ossa q̄ spatula recipiens cum duobus rostris ꝛ furcula claudẽte ꝛ adiutorio intrante: vt dictum fuit in anathomia. ℂ Separatio autem furcule cũ constrictiuis dictis curatur.

ℂ De dislocatione cubiti. Cap.v.

Cubiti dislocatio sm Aui. quãq3 est parua: quãq3 vero magna. Et sm Albuc. 7 oẽs alios q̃dam est ad partẽ anteriorẽ: q̃dam vero ad posteriorez. Rogeri⁹ tamen non curauit: nisi de illa que sit ad partez anteriorem: q2 illa vtplurimum accidit.

Signa vero talis dislocatiõis vltra cõia de eminentia 7 cõcauitate sunt, arcuatio lateralis 7 difficultas i motu 7 applicatio impossibilis ab humerum.

¶ Judicatur q̃ cubitus difficulter dislocat: 7 difficulter reducitur propter infiltrationez ligamentorum 7 ossium varietatem.

¶ Amplius raro dislocat̃ focile superius: q2 non habet diuersitatem magnam: inferius autem vtplurimum propter additionem recepti non transuersantem.

¶ De regimine 7 cura.

Intelligendum est q̃ vltra duos modos quos ponit Aui. in anteriori dislocatione pcutere humerũ cum vola man⁹: 7 cuz altera impellere eminentiã ad locũ debituz In posteriori trahere fortiter brachiũ 7 pcutere posteri⁹ cubitũ in ũctis manib⁹ cũ oleo vehemẽter abstergẽdo donec ingrediatur. Ponit Rogeri⁹ modũ de talone 7 scaffa. Et Lanfrãcus eũ appropriat ad anteriorẽ: posteriorẽ vero ipse curat cũ extensiõe 7 suspensione: aut deportatiõe ponderis alicui⁹. Ego aũt reduco anteriorẽ cũ genu: posteriorez vt Aui. ponit. Et eodẽ modo faciebat Roman⁹ 7 Boemus restauratores fortunati. Modus aũt cũ scaffa: 7 cũ calcaneo: 7 cũ genu appropriant ad anteriorẽ dislocationẽ. Et intẽdũt qñ brachiũ trahit̃ impellere rotundũ adiutorij ad cõcauitatẽ focilis a quo exiuit 7 subito plicare brachiũ v̾sus humerũ: 7 fiũt ita scaffa seu binda lõga ligata sup eminentiã: 7 dũ extendit̃ brachiũ ipsa cũ pede ligata ad modum strẽbe: aut p aliquẽ ministrũ ad posterius tracta subito p magr̃m ad humerũ brachiũ plicat̃. ¶ Mod⁹ cũ pede brachiũ p planum extẽdit̃: 7 dũ trahit̃ eminẽtia cũ calcaneo premit̃: 7 brachiũ ad humerũ plicatur. ¶ Mod⁹ cũ genu. brachiũ extẽdit̃. 7 dũ trahitur eminẽtia cũ genu impellit̃: 7 brachiũ ad humerũ plicat̃. ¶ Jn his oĩbus confert brachiũ duplicare 7 extendere 7 aliq̃d põderosum sublevare: 7 sublevatũ deportare vt dicit Jamerius. ¶ De firmãdo pcedat̃ vt in adiutorio: nisi q̃ brachiũ suspẽsum ad collũ paulatine ɔstringat̃ quousq3 man⁹ adhereat humero. Et de quarto in quartũ remutetur in iuncturam qualibet vice elevando 7 deprimendo in. 15. diebus firmatur.

¶ De dislocatione rasette manus 7 digitorum. Cap. vj.

Sta ossa rasette 7 digitorũ faciliter reducunt̃: duntaxat q̃ fiat recẽter: possunt autez dislocari ad quãcunq3 partẽ p̃cipue tamẽ ad anteriorem 7 posteriorez. ¶ Significat̃ eẽ per communia signa.

De regimine ipsoꝝ est intelligendũ q̃ tota intẽtio stat vñ extẽdendo 7 plicãdo 7 erigendo hincinde iuncturã 7 cõprimẽdo eminentiã. Et si p hoc non pñt rectificari docet Albu. ɔprimere eminẽtiã cũ manu supra tabulã. Jn firmãdo nõ est aliud faciendũ q̃3 in alijs: nisi q̃ astellent̃ cũ ligno, aut solea: 7 remutetur de quarto in quartuz firmatur sm Jamerium in. 22. diebus: 7 postea vt dictum est dulcoretur.

¶ De dislocatione scie: aut coxe. Cap. vij.

Ntelligẽduz est circa modos dislocatiõis coxe q̃ auctores sunt multuz varij sup ipsos. Nã Albu. nõ ponit nisi tres modos. s. ad interiora ad exteriora: 7 ad posteriora. Brunus Theodoric⁹ 7 Lanfrancus sequẽtes Aui. ponũt quatuor. Et cõparando dicunt q̃ vtplu accidit ad exteriora et raro ad interiora. Guil. de sali. est eis oppesit⁹ in cõparatione: q2 dicit q̃ vtplu dislocat̃ ad posteriora nunq̃3 tñ ad exteriora ꝑpter os 7 ligamentũ anche. Verũ q2 oẽs modi curandi quasi cõcurrũt in duob⁹ modis rectificãdi. s. ad interius 7 posterius. Jdeo nõ est multum curandum.

Circa signa est intelligendũ q̃ vltra signa cõia inter oẽs Aui. meli⁹ specificauit ꝑpria signa. Ex q̃bus v̾bis vna cũ hoc q̃ dixim⁹ in scd̃o. s. illãis capli habet̃

q̄ in dislocatione ad interius ⁊ anteri⁹ tybia infirma est longior alia: ⁊ calcat de toto pede ⁊ non pōt iungi cū alia: neq̄ plicari: q: caput coxe intrauit in inguine ⁊ inflauit eã: ⁊ in ea apparet ꝯcauitas in parte exteriori. In dislocatione ad exteri⁹ ⁊ posterius econuerso: tybia est breuior: ⁊ non calcat de calcaneo: neq̄ de alia potest separari: ⁊ est ꝯcauitas in inguine ⁊ eminentia extra.

Circa modū reducendi intelligēdū q̄ lȝ auctores ponāt multos ⁊ diuersos modos reducēdi hos modos dislocatōis. Nihilomin⁹ oēs ad vnū cōēȝ modū: ⁊ duos ꝓprios reducuntur. vnde cōis modus ſm Albu. ad oēs modos est multū vtilis qñ ignoratur proprius modus dislocationis. Et est q̄ teneatur patiens ꝑ humeros fortiter: aut ligetur per humeros per radicē coxe cū fascia ad colūnā cū corio: ⁊ trahat̄ etiā cū manibus ꝑ inguinē ⁊ ab alia parte ꝑ partē genu trahit̄ fortiter coxa ⁊ vice vna taliter fit extēsio q̄ quasi eleuet̄ patiens a terra: ⁊ tunc tm̄ coxa ad eandē partē moueat̄ quousq̄ sit reducta. ¶ Primus modus ꝓprius ad dislocationem ad interi⁹ ⁊ anteri⁹ est: q̄ vt dictū est patiēs trahat̄: ⁊ dum eminētia apud inguinē cū calcaneo impellat̄ coxa ꝑ genu ad interi⁹ ducat̄. ¶ Scd̄s modus ꝓprius ad dislocationem ad exteri⁹ ⁊ posteri⁹ est q̄ eodē mō patiēs trahat̄: ⁊ dum eminētia extra cū genu ipellat̄ coxa: ꝑ genu ad exterius trahatur.

¶ Perfectio reductionis ꝑ longitudinē comparis, sane manifestat̄. Ut dicit Rogeri⁹ ⁊ Jamerius imitator ipsi⁹. ¶ Ingeniū ad extendendū iuncturā sic al's feci. extendebat̄ mensa longior patiēte: ⁊ in quolibet capite firmatur colūna. Postea cū mātili trāseūte ꝑ inguina. subt⁹ dorsuȝ: ⁊ supra ventrē ligabat̄ ad colūnā: ⁊ cū alio mātili ligata coxa supra genu voluēdo totā tybiā vsq̄ ad calcaneū ad aliā ligabat̄ colūnā: ⁊ cū cauillis positis iter mātile ⁊ colūnā torquēdo trahebat̄ ad quālibet ꝑteȝ. ¶ Circa modū firmādi nō est aliud faciēdum q̄ȝ in alijs: nisi q̄ ligat̄ infirm⁹: incipiendo supra eminētiā ad ptē oppositā trāseūdo ante ⁊ retro ꝑ renes ad ptē sanā. Et in iteriori ponit̄ petia de pāno: aut stupa supra igninē: ⁊ ligat̄ cū tybia sana. Et qñ est antiq̄ cum strēba pedē suspendit̄ ad humerum. vt dicit Aui. ¶ Et i exteriori ponit̄ astella lōga vsq̄ ad calcaneū. Et qñ est antiqua ligat̄ pondus triū aut q̄tuor librarꝫ in coxa cōprehēdendo tybiā ⁊ pendeat cū polhia. mutat̄ de quinto in quintū. firmatur in. xxx.

¶ De dislocatione genu ⁊ rotule pedis ⁊ partium eius. Cap. viij.

Genu est velocis dislocationis: fortasse em̄ dislocat̄ absq̄ cā ꝑter deambulationē velocē: aut lubricat parū sicut canalis. Multotiēs dislocat̄ absq̄ cā ꝑter saltū. Et genu q̄dem dislocat̄ ad oēm partem nisi ad anteriorē ꝑpter rotulam ⁊ adiutoriū eius.

Curatio. Sedeat infirm⁹ sup sedē ꝓpinquā terre ⁊ eleuent̄ pedes ei⁹ parūper: deide extēdat vir fortis manū suā desup: ⁊ de subt⁹ extēsione forti: ⁊ reducat restaurator iuncturam ad dispositionem suam ſm iudicium dislocatiōis vniuersalis: ⁊ liget eam.

¶ De rotula.

Quando accidit rotule dislocatio opȝ vt ponat̄ pes plane in terrā ⁊ reducat̄ rotula: deinde impleat̄ curuatura geniculi pānis ꝓhibentib⁹ duplicatiōnē ⁊ ponant̄ sup eū astelle resistētes ei in ꝑte ad quā declinat. Cū ergo stringit̄ ⁊ adhe ret non duplicet̄ genu cū festinatione. Sed paulatim donec alleuiet̄ bene. Dicit Aui. q̄ duplicet̄ paulatim: q: dicit Lanfrācus ⁊ Jamerius q̄ nō est ingeniū faciēdi stare firmā rotulam post reductionē: q̄ȝ duplare crus cū coxa: ⁊ ideo ligata teneatur per horam.

¶ De pede ⁊ digitis eius.

Circa dislocationē pedis est sciendū q̄ pes facil'r dislocat̄: ⁊ facil'r reducit̄. Sȝ difficulter firmat̄ ꝓpter multitudinem ossiū cōponentiū iūcturā ⁊ pōt dislocari ad quācunq̄ partē ṗcipue ad exteriorē ⁊ interiorē. ¶ Cui⁹ signa sunt eminētia ⁊ cōcauitas insolitus dolor ⁊ priuatio mot⁹. ¶ In reductiōe ei⁹ nō est aliud: nisi q̄ patiēte bñ firmato ⁊ tybia extēsa pes trahat̄ ⁊ moueat̄: ad quācūq̄ partē fortiter ⁊ eminētia cū manib⁹ ꝯprimat̄ quousq̄ reducat̄ firmetur ⁊ astellet̄ muterur de q̄nq̄ in q̄nq̄: quiescat p. 30. aut. 40. dies: vt dixit text⁹. Sepe em̄ in reductione partiū pedis erratur. Et deus ꝑ sui grāȝ ab omni errore nos eximat.

Tractatus. vi. De oībus egritudinibus q̄ nō sunt ꝓprie apata: neq̄ vulnera: neq̄ vlcera: neq̄ ossiū passiōes: ꝑ quib⁹ habet̄ recursus ad chirurgicū. ⁊ hȝ duas doctrīas.

¶ Doctrina prima est de predictis egritudinibus: que sunt cōmunes toti corpori.
¶ Secunda erit de his que appropriāt vni membro.

Doctrina prima hȝ octo capitula

¶ De gutta ꝛ dolore: ac duritie iūcturarum. Cap. j.

Artetica siue gutta est dolor iuncturaruȝ ex fluxu humorū in cōiuncturis generatus. Certuȝ em̄ est ſm Gal. in cōmento illius .6. afforū. Eunuchi non podagrizant: ꝙ defluente aliquo humore ad iuncturas illa passio fit. Si igit̄ vt seqtur in littera nunꝙ flueret illic materia nunꝙ passio esset: ꝛ accipit hic speciem pro genere ꝑ artetica podagrā: vt supra afforismū p̄fatum dicebat Albertus bonon̄. Est em̄ artetica apa sumēdo apostema large: qd in disgregatione fit articuloꝝ ſm haliab. in nono sermone partis prime libri dispositiōis regalis. nō obstāte ꝙ multi dicunt: vt ponit Ras. in libello suo de dolore iuncturarū: ꝙ talis passio pōt fieri ex mala complexione siue materia. Est tn̄ hoc raro vt dicit Aui. Et cum hoc talis dolor nō est gutta ꝓprie: sed large ꝛ improprie: vnde Gal. in decimo meamir. materia abundans q̄ facit arteticā: sciaticā: podagrā: reumatizando cōprehendendo ꝛ implēdo iuncturā ꝛ ligamēta lata de foris extēdit oēs neruosas particulas: quare infert dolorē ꝛ nō spasmum: vt dicebat idem Gale. in cōmento qcunꝙ podagrice. ¶ Gutta autē ꝛ artetica idem sunt vt dicit Gordonius. Sed dr̄ gutta a fluxu: artetica ab artu: quarū species sunt sciatica in scia ꝛ podagra in pede: ꝛ artetica in alijs iuncturis ꝑ Gale. in meamir loco preallegato. Cyragra ꝓprie nō est artetica: sed inflatio manuum de materia phlegmatica: de qua in de apostematibus dictum est supra. Neꝙ etiam tumescentia genuum q̄ in pueris ex indigestione multotiens acernatur est artetica: vt dicit Gale. in cōmento. Infans nō podagrizat: de nominibus tamē non est curandum. Et cum hoc tales differētie non multum faciunt ad curaȝ: nisi in sciatica: propter materie situm. A materia enim ꝛ a sinthomate doloroso sumuntur potissime intentiones curatiue. A materia quia quedam est gutta frigida: quedam calida. A dolore quedam est clamosa et molestissima: vt dicebat magister Paulus: quedam satis tolerabilis ꝛ quieta.

Cause passionum iuncturarum sunt que apostematum generales vt cause reumatis: ꝛ speciales vt ꝑnitiue antecedentes ꝛ cōiuncte: vt supra de apostematibus fuit specificatum. Membra enim mandantia quantum ad phlegma sunt cerebrū ꝛ stomachus quātum vero ad choleram ꝛ ad alias superfluitates epar ꝛ vene. Et propter hoc dicebat Aui. ꝙ horum quidem humorū plurimum est superfluitas digestionis secunde ꝛ tertie. Membra autem recipientia sunt iūcture. ¶ Et istas causas distiguebat Aui. in tribus. In causis materialibus quas efficientes vocabat. Et in causis instrumentalibus que sunt latitudines meatuum ꝑ quos materia transit facillime. Et in causis patiētibus: que sunt debilitates iuncturarum per naturam: vt quia de genere guttosoruȝ: aut per accidens: vt est casus ꝛ percussio et regiminis malitia. ¶ Primum concipitur a verbis hyp. in sexto afforismorum. Mulier non podagrizat nisi menstrua ei deficiant: tunc enim retinetur materia multa. ꝛ potest podagrizare: vt dicit cōmentum. Ecce causam materialem. Secundum accipitur pro illo: eunuchi ꝛ pueri non podagrizant: qꝛ non coeunt neꝙ dilatant meatus per vnde materia faciliter transeat. Ecce causam instrumentalem. Tertium cōcluditur in prefato cōmento. dū dicit ꝙ necessarium q̄dē oportet habere pedes ꝛ sup iuncturas imbecilliores: si dȝ q̄s capi podagra: quēadmodū cerebrū: si dȝ q̄s epilēticus esse. ¶ Est ergo ſm Gal. i meamir: vbi supra: aliqñ q̄ puenit humor sanguineꝰ: vt plurimū aūt phlegmaticꝰ vel mixtus ex flegmatico ꝛ cholerico: vel cum his sanguineo raro tn̄ fit a melancholico. vt dicit Auic. Nam splenetici ꝛ melancholici raro fiunt reumatici ꝛ ecōuerso Aui. inpꝰnit hyp. Et rarius ex humoribus corruptis: rarissime ex oibꝰ mixtis ſm proportionē suam in corpore: vt dicit Ras. Et mutatio subita passionis ostēdit materias istas cū ventositate associari: vt i quodam regimine papali dicebat. ꝛ plurimū iste passiones sunt cōposite sine ꝓportione dicta raro tn̄ simplices. Nā humor crudꝰ sine cholera ad iuncturas currere nō posset. vt Rasis in libro iunebat diuisionum. ¶ Cure autē simplicium sicut de apostematibus dicētur: vt per eas composite habeantur.

¶Signa & iudicia.

Signa gutte clamose nō opz describere. nam satis eā describūt infirmi. ¶Signa aūt gutte calide & frigide: lz habeantur p signa apostematū calidorū & frigidorū superius in de apostematib⁹ dicta nihilomin⁹ Gal. in meamir. dat octo modos cognoscendi materiā ipsarū ex colore: ex tactu: ex applicatis: ex precedenti dieta ex complexione etate regione & tpe. Aui. aūt addit ad istos modos modū doloris diuersitatem durationis & cōsuetudinē & iudicium vrine & aliarū superfluitatū. Consideretur igitur, vt dicit Gordonius in primis locus si rubet dolet calet: si delectatur cū frigidis & tristat cū calidis. Si precessit dieta calida et eius complexio & etas & alia particularia cōueniāt. in calitate satis videtur pbabile q gutta sit calida. Si tñ sit ecōuerso q est frigida: attamē in his sepissime facit errare: & ponit difficultatem tam in significando q in curādo cōpositio materierum situs: & natura applicatorū vt dicit Ras. & Auic. Ultra ista signa inuenit fm predictos viros: q gutta vtplurimum incipit a podagra: & precipue circa articulum maiorem & latera pedis: & sciatica cōicat anche: & vsq ad calcaneum extenditur.

¶Iudicatur per hyp. in sexto affoꝝ: q quecunq podagrice egritudies fiunt: he defluētes in. 40. diebus desistunt: sicut eñ vt ibidem dicit Gal. terminus flegmonū particularum carnosarum est. 14. ita & neruosarum. 40. eo qr natura substantie carnis est rarior q substātia colligantie: materia eñ q est in carne cito congregatur & cito resoluitur: q tñ est in colligatione econtra: vt dicit textus. Et inde est q tumor & varices apparere in gutta dicitur esse bonum: cōtrarium vero malū vt dicit vulgus: & est qm tunc materia dimittit particulas neruosas & conuertitur ad carnosas. ¶Egritudines iuncturarū quatuor habent tpa: & sequuntur motum suarū materierum: sicut alia apostemata: & terminātur vtplurimū p resolutionē aut p petrificationē proprium aūt earū est vt dicit Ras. in diuisiōibus: q nō faciunt sanie: sicut reliqua apata.

¶Iudicatur etiā per ipm hyp. i sexto affoꝝ q vere & autūno mouentur vtplurimū in vere pp̄ter abundantiā humorū in hyeme generatam. Autūno propter eorum malitiam & latitudinem meatuū in estate factam. Aliquotiens tñ mouentur in hyeme: propter frigiditatem comprimentē. Et in estate pp̄ter caliditatem dissoluentem. vt in tertio affoꝝ notatur. ¶Amplius dicit Aui. q dolores iuncturarum sunt ex summa egritudinum q hereditantur qm sperma est fm cōplexionē generantis. ¶Amplius sicut dolor iuncturarū qñ indocte repercutit est timorosus de reditu materie ad membra principalia: ita ipa gutta securat patientem a multis nocumentis. vt in septimo terap. Et quarto sanatiuorum deducitur euidenter.

¶Inter dolores iuncturarum sciatica est peior fm Aui. ¶Preterea dolores iuncturarū sepissime cōmouent febres: & febris & colica commouent eos: vt dicit Aui.

¶Amplius dicit Aui. q omne mēbrū i quo est dolor iuncture & diuturnatur, macrescit & attenuat vt in gibbo & vulneribus iuncturarum manifestat: & hoc est pp̄ter virtutis debilitatē. ¶Preterea scias q egritudines iūcturarū: postq impresse fuerint in mēbro: lz actus afflictionis earū remoueri possit: aptitudo tñ semper remanet. Nam ois inmoderata qualitas diu existens in membro actū ipsi⁹ debilitat: vt dicit Aui. Et hinc est q velociter fiunt recidiue. ¶Et nō obliuiscaris dicit Ras. in diuisionibus: qm dolor iuncturarum quandoq perducit ad asma paralisim apoplexiā: & ad turbationē sensus: q̄nq ad mortem subitam.

In curatione gutte ad duo communiter i tendunt doctores: & tertium addebatur in loco regimine papali. primum est ad pseruandum anteq veniat. Scōm est ad curandum dum actu infestat. Sed tertium ad resumēdum cum iam afflictio cessauit.

¶Regimen preseruatiuum tres habet intētiones. prima est vt materia non generetur. Secunda vt generata expellatur. Sed tertia vt membra mandantia & recipientia rectificentur. Prima complet fm q est materia calida vel frigida: & cum debita administratione sex rerum non naturalium: & trium que in generalitate sui sunt illis ānexe. Et sunt aer cibus & potus: inanitio repletio: somnus et vigilia: motus & quies: & anime accidentia. Ac etiam obuiatio rerum ab extra balneum & itineratio sub diuo. Secunda completur cū debitis flebothomiis & euacuationibus. Sz tertia requirit confortantia & desiccantia mēbra illa. ¶Regimen autem curatiuum in afflictione quatuor habet intentiones. Prima est in vita que sit tenuis. Secunda in materia antecedente q euacuetur diuertatur: et

fluere prohibeat. Tertia in materia coniuncta que repercutiatur et evaporet. Sed quarta in accidentibus que sedetur. ¶ Regimen preservativum tres habet intentiones. Prima est in vita que paulatim reducat ad regimen sanorum. Secunda que si aliquid de materia derelictum fuerit cum diureticis et thiriaca timiat et consumat. Sed tertia que iuncture cum balneo et unctione vulpinarum et consimilibus liniantur et confortentur. ¶ Verum quia ista magis pertinent ad dominos physicos nec in ea chirurgici vocantur: nisi pro manuali operatione. Et aliquando in afflictione in qua vocantur omnes etiam emperici: exquisitam pertractationem de modo et qualitate complendi predictas intentiones omittam: superficialiter aliqua tangendo. ¶ Quantum enim ad regimen preservativum pro prima intentione complenda que erat de vita que materia non generetur precipue frigida assumavit magister Arnoldus. 10. affoeismorum extrauagantes: qui gratia sue excellentie hic inserantur. ¶ Quorum primus est de aere. pedes podagricorum aer offendit excellenter infrigidans et faciens estuare.

¶ Secundus de cibo et potu lactens porcellus et fluuiales aues: necnon vetustissime galline prodition aliter feriunt inferiores iuncturas.

¶ Tertius pisces beluales et anguille iuncturis semper aduersantur. ¶ Quartus minas infert iuncturis et capiti qui lac animalium cum vino et cibis sumit. ¶ Quintus potus qui non spectat ad iudicium vere sitis iuncturis ministrat grauamina lesionis. ¶ Sextus: sicut auarus venter opprimit omnes artus sic quotidiana largitas fouet eos. ¶ Septimus omnis fatiga deambulatio et pedum suspensio ledit iuncturas. ¶ Octauus in dormientibus nimis ledit articulos decubitus resupinus.

¶ Nonus extremis artubus excitat iracundia tempestatem. ¶ Decimus passibilitas iuncturarum et maxime pedum nequit usum nocentium in quantitate notabili tolerare.

¶ Ex dictis etiam Gale. super illo affo. Eunuchi non podagrizant. concludit que crapula ebrietas indigestio ac exercitii et purgationis consuete omissio: et immoderatus coitus innumerabiles faciunt podagricos. ¶ Pro secunda intentione complenda que erat materie generate expulsio adducit prefatus Arnoldus iuxta affoeismum hyp. flebothomiam et farmaciam in vere et autumno: aut antequam incidat passio essefaciendam Quod autem sit flebothomia et farmacia satis in de apostematibus fuit dictum: et dicetur infra.

¶ Verum pro ipsis purgandis dyacarthamum quod flegma et coleram convenienter purgat sub hac forma prefatus Arnoldus ordinavit. ℞. pul. dragaganti. frigidi. ℥. j. carnium citoniorum confectarum cum zucca. ℥. ß. zinzi. albi hermodactilorum. ana. ʒ. iiij. medulle cartami. ʒ. vj. dyagridij. ʒ. iij. turbit electi. ℥. j. manne granate mellis ros. dispumati. ana. quartam. ß. panis zucca. ℥. xvj. electuarium. dosis. ʒ. iiij.

¶ Pro tertia vero intentione complenda que erat membrorum confortatio quantum ad iuncturas assumavit idem Arnoldus alios decem affos. ¶ Quorum primus est. Interius a lutosis pedibus numquam deest robur prosperitatis.

¶ Secundus saluia parum cocta et crebro sumpta in fine refectionis ministrat ineffabile iuuamentum neruis et omnibus iuncturis. ¶ Tertius flores amigdalarum necnon mirti et camomille mellilotum atque rose: semper prosunt iuncturis. ¶ Quartus achorus et hedera non arborea sed terrestris specialiter iuncturis omnibus amicatur. ¶ Quintus nux indica iuncturis et neruis pre ceteris terrenascentibus multipliciter est amica. ¶ Sextus qui sepius calcat vuas: ut musto recenti balneat pedes suos rarissime podagrizat. ¶ Septimus verbena gestata recens trita calumnias pedum iuuat viribus occultis. ¶ Octauus celeste signum dolorem pedum effugat in eternum. ¶ Nonus additur a Rasi que nulla medicina in conseruatione a dolore iuncturarum est ita iuuatiua: sicut urine purgatio: quod haliab. concedit in sermone primo libri secundi regalis dispositionis. Et Aui. in tertio precipit: que si dimittunt vinum diureticis utantur: superfluitates enim secunde et tertie digestionis purgant diuretica ut monstratur euidenter. aqua ergo cicerum conuenienter domino nostro pape administrabatur maxime in preseruatione.

¶ Quantum autem ad membra mandantia administrare precipiuntur in illo magno regimine electuaria dragete emplastra: et alia auxilia confortantia: et hoc de regimine preseruatiuo.

¶ Quantum autem ad regimen curatiuum afflictionis pro prima intentione complenda que erat in vita precipit. Aui. et quasi omnes ut auferatur viuum et subtrahantur carnes: maxime in gutta calida: utantur mellicrato. Et si esset cum diureticis gratum esset Aui. Et si illa diuretica essent domestica: et post principium sufficeret mihi et magis: si materia partes superiores obtineret. Si autem a vino non posset abstinere sit grossum a principio cum multa aque quantitate: post vero subtile. Utatur auenato ordeato: et consimilibus: sicut que dictum fuit in de apostematibus supra.

¶ Pro secunda intentione que erat diuertere et

prohibere fluxum conceduntur vomitus et clisteria acuta in quibus sit benedicta et purgatio cum diacarthamo: et flebothomia de parte contraria si adsit plectoria: aut sanguinis abundantia: tutius tamen fit post principium: vt dicit Aui. immo quod mirum est eam a principio penitus inhibet: quod verificatur in casu in quo abundat cholera aut flegma: vt in de flomia dicit Arnoldus. Et constructio cum auxilijs conuenientibus non supra locum apostematum: sed a parte a qua venit materia: vt dicit Rasis.

¶ Pro tertia intentione circa materiam coniunctam est necessarium vt in alijs apostematibus fuit dictum quod in principio procedatur cum repercussiuis: preterquam in sciatica non quibuscumque sed domesticis ne materia retrocedat ad membra principalia aut induretur: et fiat inobediens resolutioni. vt dicit Aui. Et cum mixtis inequaliter repercussiuis in augmento: et cum equaliter mixtis in statu. Et cum puris resolutiuis in declinatione: talis quidem fuit voluntas Gal. in tractatu sepe dicto.

¶ Et licet auxilia communia que in vtraque materia complent intentiones predictas posita sint superius in tractatu apostematum: et etiam infra in antidotario aliqua ponentur. Nihilominus gratia manifeste doctrine hic aliqua formentur. Et sepe fiat mutatio de vno ad aliud eiusdem rationis: quia natura gaudet: et quod proficit in vna hora nocet in alia. vt dicit Aui. Auxilia que complent intentiones in materia frigida. primo repercussiuorum eliguntur due forme. ¶ Quarum prima est Aui. quod. ℞. sauine nucum cipressi: ossium adustorum. ana. partes equales. aluminis partem vnam: dragaganti sextam partem illius. glutinis piscium quantum sufficit ad aggregandum et fiat emplastrum.

¶ Secunda est Ras. ℞. olei nardini storacis mirrhe aloes acatie secundum quod tibi videbitur: commisceantur cum aqua gallarum coctarum: vt dicebat in de iuncturis: et fiat linimentum.

¶ Auxilia resolutiua trium aut quatuor eliguntur formarum. prima est Aui. quod. ℞. stercoris bouini calidi quantum volueris: et calidum applicetur. haliab. autem addit cum isto de stercore caprino: et cinere caulium coctum incorporando cum melle. Et consulit quod ante emplastrationem lauetur locus cum aqua decoctionis camomille melliloti aneti maiorane centauree et consimilibus.

¶ Secunda forma est Ras. in Almansore. ℞. armoniaci bdelij storacis cum vino veteri dissolutis. ana. partem. i. fenugreci se. lini. ana. partem ß. commisceatur cum oleo costino et fiat emplastrum.

¶ Ad eandem intentionem magister Dinus. ℞. aloes. ℥. i. mirrhe. ℥. ß. salis. ʒ. ij. croci. ʒ. i. farine lupinorum. ℥. i. furfuris subtilis. ℥. ij. mellis. lib. ß. aque cineris quod sufficit ad coquendum fiat emplastrum. ¶ In resolutione etiam istius materie confert aqua ardens: et oleum benedictum: et distillatio dicta in capitulo de paralisi.

¶ In materia calida auxilia repercussiua sunt trium formarum. ¶ Prima est Aui. cum aquis endiuie rosarum plantaginis solatri decoctionis sandali. cum modico de aceto: aut oleum ipsorum: aut cerotum de oleo ro. et cera lautum: aut muscillago psilij: aut albumine ouorum in quibus infundantur panni et sepe renouentur et applicentur. ¶ Secunda forma est Ras. in de iuncturis. ℞. sandal. rub. boli armeni mirthe psidie ferruginis opij. ana. confice cum aceto et aqua ro. aut succo coriandri.

¶ Tertia forma est ibidem. ℞. ossium combustorum lautorum: et desiccatorum zurunge quod credunt hermodactili amidi ceruse. ana. partem vnam. confice cum aqua ro. camphorata.

¶ Ad eandem intentionem magister Dinus. ℞. ro. ℥. ij. farine ordei. ℥. iij. farine lentium. ℥ vj. coquantur cum oxicrato: et addendo modicum de oleo ros. applicentur.

¶ Auxilia resolutiua sunt etiam trium formarum. ¶ Prima est Aui. ℞. aloes. mirrhe croci. ana. dissoluantur cum aqua caulium: aut endiuie iuxta caliditatis formam: et si addatur farina ordei melius erit. ¶ Secunda est Gal. in. 10. megatechni. ℞. aloes. ℥. i. succi centauree. ℥. ß. floris lapidis assi aluminis scissi. ana. ʒ. ij. thuris mirrhe opij mandragore. ana. ʒ. i. aggregentur cum vino dulci et dissoluantur cum lacte et vngatur locus cum penna. ¶ Tertia forma est Ras. ℞. muscillaginis psilij: et se. lini et fenugreci: et farine amborum ceroti facti cum oleo camomille aggregentur et liniantur. Et consulit quod ante linitionem fomentur membrum cum aqua calida et dimittantur medicine per decem horas.

¶ In materia autem mixta oportet miscere medicamina. Et licet predicta possent misceri secundum coniuncturam. Nihilominus assumo ad resoluendum hic materialia aliqua electa per doctores. ¶ Primo Ras. in diuisionibus iubet accipere micam panis siliginis et vitella ouorum atque crocum confectum cum lacte et sapa.

¶ Secundo Auenzoar. ℞. farine ordei lib. i. cineris nucum cipressi quartam. i. conficiantur cum oleo et aqua. ¶ Tertio Albuc. 23. parte antidota. ℞. farine fenugreci se. lini aneti camomille. ana. ʒ. x. bdelij storacis liquide armoniaci galbani. ana. ʒ. v. olei de lilio quod sufficit dis-

solutis gūmis cum aceto fiat emplastrum.
¶ Item Aui. ℞. farine fenugreci li. j. coquatur cum oximelle: et fiat emplastrum.
¶ Item vrina cocta cū sale ponitur a vulgo.
¶ Item succus ebuli inspissatus cum oleo ro. ponitur in regimine papali.
¶ Ad eandem intentionem dictauerunt experimentatores generosi vnguentū de lumacijs de serpentibus de ranis tartucis de vulpe vespertilionib⁹ et cōsimilib⁹. Et fiunt simpliciter coquendo ea cū aqua salita et cōgregatur pinguedo aut ponendo cū sale in olla perforata cū alia integra de subtus: et sepeliēdo in fimo: et qđ distillatur seruetur.
¶ Composite aūt fiunt. primo eīn. G. in fine cathagenorum ponit vnguentū de ranis et tartucis. ℞. olei radicis cucumeris agrestis. lib. ij. olei maiorane et alcāne cere terebētine galbani medulle ossiū cerui. aā. quartā. j. ranarum iij. numero. sanguis testudinū. ij. numero. balsami. ʒ. ij. coquēdo ranas et sanguinem testudinum cum oleis colentur: et tunc reliqua misceantur: et fiat vnguentū: est enim valde preciosum.
¶ Unguentum de vulpe ſm heben Mes. ℞ vulpē integram interiorib⁹ euulsis: et coque in vase terreo cū aqua salita vino et oleo adiunctis saluia roremarino iunipero aneto origano et maiorana vsq; ad aque et vini cōsumptionē: et q̄ vulpis sit ita cocta q̄ caro ab ossibus sepetur: et postea in torculari exprimatur et coletur: et fiat vnguentum.
¶ Unguentū de vespertilionib⁹ ſm Ras. ℞ vespertilionū septem numero. pone in caldario et cooperi cum aqua pluuiali et coque vsq; ad medietatem: postea cola: et pone tantūdē olei ro. et superiora salicis: et coque vsq; ad cōsumptionem aque et cola: et fiat vnguentum Haliab. aūt de istis faciebat balneum: et i decoctione addebat rapas porros et cepas erucam caules feniculum et apium. Et inde est q̄ ego de precepto ysaac facio eos lauare cū brodio raparum. ¶ Unguentū de ansere a Thadeo bonoñ. ℞. anserē pinguē deplumatam et mūdatā ab interiorib⁹: et farciatur cū carnibus gatorū pinguiū salatis cū sale cōi et sale nitro sale armenico: et sale gemma atq; alumine. aā. ℥. j. et addatur euforbij asse fetide castorei. aā. ℥. ß. et ad lentū ignē assetur et qđ distillauerit retineatur. et fiat vnguentū. In farsimento istius anseris posset poni yna artetica pes colūbinus pes coruin⁹ hermodactili Theodoric⁹ etiā addit peritariā ruthā marubiū radicē cucumeris aggrestis folia hedere et gūmam eius: et tūc distillatio eius est magis p̄ciosa in materia frigida et antiquata.
¶ Emplm̄ de formicis ꝓbatū p Ras. in materijs calidis maxime. ℞. terre formicarum cum ouis et totū. ℥. iij. farine ordei et fabarum. aā. ℥. j. ro. ℥. ß. malue mādragoreaā. ʒ. vj. coque maluas et mādragorā in tribus lib. aque vsq; ad medietatē: et cola et cōfice reliquas medicias in mortario puluerizatas addēdo tria albumina ouorum: et duo vitella et vtere. ¶ In sciatica aūt cōpetūt oia dicta: dūtaxat q̄ fortificētur cū sinapi et oleo ipsi⁹ et fermēto et silib⁹: q̄ a ꝓfundo materiā extrahūt: et ad istā intentionē fiunt ventose rubificatiōes et vesiccationes cū allijs et cantaradib⁹ et planta lupina et marubio cilio. Et cauteria potētialia: et etiam actualia punctalia oliuaria et circularia circū circa iuncturā: et i medio ipsi⁹ vt docet Albu. et dicetur infra. Et fluere p̄mittuntur p. 40. dies q̄ est terminus arteticarū vt dicūt quatuor magistri cū cētis et folijs cauliū edere vsquequo sit curatus: et sic pficit tertia intentio.
¶ Sed quarta intētio q̄ erat accidentiū correctio complet ſm q̄ sunt accidētia potissime duo dolor videlicet et durities.

¶ De dolore iuncturarum.

Dolor aūt in gutta sedatur dupl'r: veridice cū euaporatiuis supius dictis: et palliatiue cū narcoticis. Et qr difficile est sigillatim cū istis in tali dolore opari: pro tanto est tuti⁹ miscere ambo. Et ad hoc eligātur q̄tuor auxilia. ¶ Primū est Ras. et Aui. et eū acceperūt in meamir a Gal. ℞. micā panis albissimi et misce eā in lacte vaccino donec fiat sicut vnguentū: et pone decimā ptem opij et croci quartā partē ipsi⁹ opij et cōficiendo fiat sicut linimentum. apponatur et sepe remutetur. ¶ Ad idē recipe ceroti ro. lib. j. opij croci. aā. ʒ. ij. misceantur et applicentur.
¶ Ad idem ponit Lanfrācus amidū et camphorā confectos cū aqua ro. ¶ In regimine illo papali. ℞. capitū papaueris. al. cū seminibus et corticibus suis. et ordei mundati. aā. partē. j. seminis iusquiami par. iij. illi⁹ bulliātur in lib. j. aque vsq; ad ꝯsumptionē medietatis deinde colentur et in colatura addatur muscillaginis psilij fenugreci se. lini extracti cum aceto q̄ntum est de colatura olei ros. cum albuminibus ouorum quantum est medietas et fiat linimentum i quo infundatur pannus lineus et frigidum applicetur: et q̄cito calefit renouetur.

¶ Amplius sm intentionem hypp. & Gale. sexto afforismorum. aqua frigida multa infusa super articulos dolorem ipsorum soluit obtundendo sensum: torpor enim mediocris dolorem sedat vt dicit textus.

¶ De duritie iuncturarum.

Durities iuncturarum cõis artheticas q̃ lz rarissime curet iuxta illud ouidij. Soluere nodosam nescit medicina podagrã. Nihilominus emẽdat cum medicinis mollitiuis & resolutiuis domesticis & caute: iuxta doctrinã datam in caplo de sephyros & sclirosi & infra in antidotario dicendã. Et etiã Ras. in de iuncturis vbi ponit modũ de euaporatione cũ marcasita ignita in aceto extincta dictat ad hoc in spali istud empl'm. ℞. armoniaci oppopouacis galbani bdelij sulfuris nitri sinapis piretri. añ. ptem j. litargirij q̃tũ de oibus coquat litargiũ cũ oleo: & gũme dissoluant cũ aceto & bulliant. & fiat empl'm & superponat loco prius cũ aliquo mollificato. ¶ Ad quam intẽtionẽ & ad spasmum dictat tale vnguentũ. ℞. bdelij cũ aceto & modico de rob & de melle dissoluti. ʒ. 30. olibani camomille. ℥. iij. olei antiq̃ pinguedis galline anseris aquile vel anguille. añ. ℥. j. pinguedinis vituli. ℥. ij. cfice. & fiat vnguẽtum. ¶ Ad eandẽ intẽtionẽ valet diaquilõ paruũ & magnũ heben mes. quorum forme dabunt infra. ¶ Gale. ... vo testat in. x. simpliciũ farmacorũ q caseus antiquissimus coctus cũ iure tybie salite porci sũpẽdo cutẽ cũ virulẽtia extrahit lapides gipseos & mollificat duritiẽ iũcturarum ipe aũt vidicit pbauit i multis. Ras. aũt hoc recitãdo nasturciũ addit. ¶ Durities aũt q̃ cõsequit algebras: & alias solutiões iũcturarum & neruosarum pticularum etiã est difficilis curationis marie qñ est desiccata & marasmata talr q fricãdo nõ rubescit: vt dicit Ras. & illa in q̃ nullus: au paruus est sensus est iã suspecta. Et tps ad opandũ si meliorari dz reqrit longum nihilominus si cõsiderat in loco aliq̃ materia curet cũ incisiuis: vt dicit Aui. ¶ Et de curationibus bonis post mollificationẽ est vaporatio cũ lapidibus ignitis & extinctis i aceto & resolutio domestica cũ emplis & vnguentis dictis i caplo de sclirosi: ad qd caplm p talibus dispõnibus semp est recurrẽdũ. ¶ Si aũt non est ibi materia: aut est pauca desiccata pcedat ita. In primis embrocet pticula eã flectẽdo & extẽdẽdo diu cũ aqua mucillaginosa decoctiõis corticis radicis altee & radicis vlmi camomille melliloti fenugreci se. lini & silius. Aut cũ aqua decoctõis capitũ & pedũ mõtonũ: aut cũ musto: aut cũ sanguie calido alicuius aialis. ¶ Deide inũgat iuxta ignẽ moderatũ cũ isto vnguẽto. ℞. dyaltee li. s. olei laurini: olei masticini: olei de lilio olei mustellini: olei de been: olei nucis indice. añ. quartã. s. axungie strucij aquile anguille marmotane casonis anatis galline axungie asini medulle cruris vituli & cerui. añ. ℥. j. bdelij ysopi humide storacis liq̃de añ. ℥. s. pinguedis testiculorum castorei. ʒ. ij. cere qd sufficit fiat vnguentũ. ¶ Deide applicet istud empl'm. ℞. cere picis dyaquilõ añ. quartã. j. assungie asini. quartã. s. laudani ysopi hũide galbãi oppoponacis armoniaci bdelij storacis calamite masticis sarcocolle dissolutorum cũ vino. añ. ℥. j assungie vrsi strucij aq̃le anguille fecis olei de lilio terebẽtine. añ. ℥. s. farine fenugreci. & se. lini croci. añ. ʒ. ij. fiat emplz. ¶ Et gña dyaquilonis sũt ad hoc ppitia: & aqua sanguis humani septies distillata est ad hoc p alchimistas & p henricũ laudata: plura alia infra in antidotario ponent. Et in hoc ligature & instrumẽta mechanica multũ auxiliantur.

¶ De lepra. Cap. ij.

Lepre est maximus error virtutis assimilatiue qua forma corrũpit in toto ita habet ex vbis Gal. quãtũ ad primã partẽ i sexto. Et q̃tũ ad sc̃dam in primo de egritudie & sinthomate. Et itelligo errorẽ virtutis assimilatiue imediate: qr mediate põt esse cã error digestiue & sanguificẽ i epate. Et ideo Aui. vocat errorẽ virtutis epis cãm efficiẽtẽ antiq̃orẽ: qñ em epar labit ad caliditatẽ: & sic adurit sanguis & pparat ipm ad melãcholiã. Et tal' sanguis qñ venit ad mebra tertie digõnis iueniẽs ea debilitata a mala cõplone frida & sicca itroducta a causis suis: vt stati dicet nõ põt eum cõuertere ad calorẽ neq ad carnẽ bonã vniformẽ & rubeã cõuertit ad calorẽ & carnẽ granulosam nigrã & horridã. vñ i pº de virtutibus nãlibus assumat. Cũ virtus digestiua errat i dissemināndo causat ethica: qñ i vniẽdo ydropisis qñ i assimilãdo lepra. ¶ Est eĩm lepra morbus & accñs sm gordoniũ q̃ sequẽdo Auicẽ. valde bñ tractauit istã materiã. Morbus cõsilis officialis & cõis. Morbus cõsilis est: qr est mala cõplexio frigida & sicca equalis & diuersa in pte & in toto. Officialis: qr est corruptio figure q̃ ẽ ppa dña ipsius vt dicet. Cõis qr cũ

sit apa vle soluit continuu vt apata alia particularia. Et est accides qr peccata actio.
¶ Dr aut lepra a lepore nasi: qr in eo potiora et certiora apparent signa ipsius. Vel dr a lupo: qr oia mebra vt lupus deuorat. Corrupit em oia mebra vt lupus cancrosus sm haliab. in. 8. sermone ptis prime libri disponis regalis. Et io ab Aui. dr cancer cois toti corpori. ¶ Spes et drie lepre potissime sumuntur a materia et a sinthomate. Et lz sm haliab. vbi supra: et forte sm Gal. non ponatur nisi due spes, a duabus choleris adustis malis. Nihilominus cois schola nostra assignat quatuor spes sm quos quatuor humores pnt aduri et in mlia puerti. Elephantia de mlia: leonina de chola. Thiria de phlegmate. Et allopitia de sanguine: raro tn inueniunt singulares plurimu sunt coposite vt alia apata. Et vocant ita a pprietatibus talibus q in talibus aialibus inueniuntur.

Cause lepre sunt triplices: primitiue antea et coniuncte. ¶ Cause primitiue sunt corruptio aeris: et cotact9 leprosor: malicia cibor: macula gnationis. Et ad iuuant hec retentio supfluitatum mlicaruz vt emorroydar menstruor variolar quartanaru et debilitas splenis et epatis calitas. vt dicit Aui. ¶ Cause antea sunt humores dispositi ad vrendu: et in mliam puertedu. Ca piucta est mlia spsa p totum. ¶ Propter qr sciendu qd vt dictu fuit de apatibus: mlia est duplex: naturalis et non naturalis: de naturali n o fit lepra sz de no naturali: et no de quacuqz: sed de illa q facta est p adustione. Ista aut mlia vt dicit Aui. aut spgit p totuz corpus aut ad parte. Si ad totu corp9 et putresit facit febrem: si non putrefit morpheaz ivniter lepra in carne. Si ad parte gnantur cancer et verruce et psilia vt in. 6. de egritudine et sintho. innuitur a. G.

¶ Signa et indicia.

Intelligendum est circa signa et indicia lepre qr sm magrm Jordanu in motepessulano ipa lepra hz dispone et actum. ¶ Dispo seu pparatio lepre est pprietas in corpore qua aliqs valde est dispositus ad lepra. Et tales pprietates pueniunt a causis primitiuis: et coadiuuatibus dictis. ¶ Actus aut lepre est nocumetu virtutis dicte qd ex sparsione mlie p totum corpus puenit. Et iste actus dr habere quatuor tpa. principiu. augmentum. statum et declinationem: saltim ad mortem. ¶ Principiu est qn nocumentu tangit mebra intrinseca: et tunc apparent signa debiliora: lepra em incipit in interiorib9 Deinde pcedit ad interiora. Et tuc cu venenositate sua interficit. ¶ Augmentum est quando apparet in exterioribus: et tuc signa augmentantur et plurificantur. ¶ Stat9 est qn mebra incipiunt vlcerari: et tunc signa sut manifesta. ¶ Declinatio qn membra cadut et tunc signa sunt popularia.

Signa aut coia oim sperum lepre: qdam significat pparatione seu dispone, queda ipsius actu: pparatione seu disponem: significant fedus color morphea scabies: et supfluitates fetentes: et cause dispositiue dicte. ¶ Actum aut significatia: queda sun: vniuoca: queda equiuoca: vniuoca dicuntur q semp significant lepra et sequutur eam vel intense vel remisse. Et sunt sex oculor et aurium rotunditas: depilatio et grossities seu tuberositas supcilior dilatatio et tortura narium ab extra cum interiori strictura: labior fetiditas: vox rauca: ac si cu naribus loqueretur fetor anhelitus et totius psone. Aspectus firus et horribilis ad moduz aialis saton. Unde Gal. in. 2. de egritudine et sinthomate. Symatur enim nasus et labia grossa et acute aures apparent: et vlr similes satyrs elephantinates. i. leprosantes fiunt. Satyrs aut vel saton in terra arabica e aial is horribilis aspectus in quo sunt signa iaz dicta. ¶ Equioca dnr que cu hoc qr inueniut in lepra inueniuntur in alijs egritudinibus et ideo non semp significant lepram. Et sunt 16. primuz est duricies et tuberositas carnis spaliter iucturarum et extremorum. secuduz est color morpheatus et tenebrosus. tertium est casus capillor et renascitio subtiliu. quartum consumptio musculoruz precipue pollicis. quintum insensibilitas et stupor atqz grapa extremorum. sextum scabies et impetigines gutta ros. et vlcerationes in corpore. septimum est grana sub lingua: sub palpebris: et retro aures. octauum ardores et puncture acuum in corpore sensibilitas. nonum cutis eorum ad aerem ad modum anseris displumate crispitudo. decimum quado proijcitur aqua super ipsos videntur vnctuosi. vndecimum raro febricitat. duodecimum sunt astuti et dolosi furiosi: et nimis se ingerere volunt super populum. decimumtertium hnt somnia ponderosa et grauia. decimumquartum habent pulsum debilem. decimumquintum habent nigrum sanguinem plumbeum et tenebrosum cinerulentum arenosum et trubo=

sum. decimūsextum habent vrinas liuidas albas subtiles & cinerosas. Cum istis aūt signis examinantur leprosi.

¶ Circa tñ examen & iudicium leprosoꝝ est multum aduertendum qꝛ maxima iniuria ē sequestrare non sequestrandos & dimittere leprosos cum populo. Nam morbus est contagiosus & infectiuus. Et ideo medicus debens eos iudicare sepe, dz eos aspicere et secum signa voluere & reuoluere & videre q̄ signa sunt vniuoca: & que equiuoca: & qꝫ nō iudicet per vnum signum: sed ꝑ concursuz multorum specialiter vniuocorum.

¶ In primis inuocando det auxiliū dz eos cōfortare qꝫ ista passio est saluatio aīe: et qꝫ non dubitent dicere veritatem: qꝛ si reperirentur leprosi purgatoriū aīe esset: & si mundus hꝫ eos odio non tñ deus: immo lazarum leprosum plus dilexit q̄ alios. Si aūt non reperirentur tales stabunt in pace: deinde faciat eos iurare veritatem dicendi de interrogandis. Et tunc in primis dz interrogare de his que disponunt ad lepram. Si ipē habet aliquid vt si ipē est de genere leprosorū: aut si est conuersatus cum eis. Et si restricta sūt ei menstrua vel emorroydes. Et si regimine melancholico vsi sunt. Et quales egritudines consueuerunt pati. deinde inquirat cuz notis ipsorum: & cum ipsis de astutia & moribus ipsorum & somnijs: desiderijs ipsorum: & si sentiunt acuitatem ardorem & pūcturas in carne: deinde tangat pulsum: deinde faciat sibi facere flebothomiaz & cōsideret substantiam & colorem sanguinis si est niger et cineritius & lauet ipsum: & sciat qualis erit illa caro que remanet in colatorio: si est arenosa granulosa & trumbosa: qꝛ maximuz signum est. Et si vult probare: in altera scutellari si sal cito funditur. Et si acetum & vrina cito commiscentur. Et si per modum farine descendit in plena pelui aqua. potest gratia solennitatis facere. ¶ Hoc facto consideret aspectum suum: & dicat sibi qꝫ recedat et de mane apportet vrinam: & interim cogitet medicus super visis & videndis. Et de mane ipē veniat in presentia medici: & tunc in primis videat vrinam & consideret si significabit aliquid de dispositione lepre. Si est alba subtilis cinerosa: quia tales sunt vrine leprosorum. Deinde consideret faciem suam. Supercilia si sint depilata: si sunt inflata & tuberosa: oculos si rotūdos specialiter versus domesticam partem: si cornu alba sunt tenebrosa. De naso si est totius grossus vlceratꝰ intus. De auribus si rotundantur & curtantur. De voce si loquitur rauce & cum naribꝰ De labijs & lingua si sanguinantur & vlcerātur & si habet grana. Si anhelitus sit difficilis & fetidus. Et si eius forma sit diuersa et horribilis & consideret bene ista: qꝛ signa faciei sunt certiora. ¶ Deinde faciat ipsuz expoliare & consideret in primis colorem totiꝰ corporis si est tenebrosus & morpheus. Deinde substantiam carnis si est dura & aspera tuberosa specialiter circa iuncturas & extremitates: & si est scabiosus pruriginosus & serpiginosus & vlcerosus. Si corium eius crispatur vt anseris: si musculi sunt consumpti: si patitur dormitationem in membris. Si senserit bene quando pungitur retro talonem & tybiam: & interrogetur cum quo & vbi. Deinde proyciat aquam super corpus suum: & vide si est vnctuosum: & si sal adheret quando proijcitur super ipsuz. Deinde redeat ad consideratione; faciei & aspectus & dimittat ipsum pensentur omnia signa & conferat et deliberet bene de signis & concordia ipsorū. Et si inueniat qꝫ ipse cum dispositiōe ad lepram habeat aliqua signa equiuoca diminuta domestice & secrete comminandus est vt stet in bono regimine: & habeat consiliuz medicorum alias efficeretur leprosus. Si autez multa habet signa equiuoca & pauca vniuoca cassatus vocatꝰ vulgariter. Et tales sunt acriter comminandi qꝫ teneant bonum regimen & habeant bonum consilium medicoruz & qꝫ stent in domibus & mansionibus ipsorū & non multum se ingerant cum populo: quia ingrediuntur lepram. Si autez habent multa signa equiuoca & multa vniuoca cum bonis verbis & cōsolatorijs sequestrandi sunt a populo: & in malanteria ducendi. Si autem sunt sani absoluendi sunt & cum litteris medicorum ad rectores mittendi.

¶ Signa autem propria humorum habentur per signa humorū dicta in de apostematibus supra: peiores tamē sunt humores leonine & elefantie q̄ aliarum.

¶ Judicatur per omnes qꝫ lepra est pessimꝰ morbus: & est hereditarius & contagiosus: & est quasi impossibilis eradicatiōis preserti; confirmata. Quō eñ inquit Aui. curabit lepra cū sit cancer vniuersalis qñ cancer particularis non curatur: preseruari aūt potest et palliari: curari vero minime. ¶ Amplius iudicat qꝫ inter spēs lepre leonina & elefantia tanq̄ de pessima materia sunt peiores. Alie vero tanq̄ de magis miti suauiores.

In curatione lepre ad tria cõiter intẽdũt doctores. primum est ad pseruandum dispositos anteq̃ veniat. secũm est ad curandum actuales dum est introducta sed non est confirmata. tertium est ad palliandum dum est introducta et confirmata.

¶ Regimen pseruatiuum tres hz intentiones. prima est vt materia nõ gñetur. scda vt materia gñata expellatur. sed tertia vt epar et cõplo totius corporis rectificet. ¶ Prima complet cum debita administratione sex rerum non naturalium: et trium non necessariarum que sui generalitate annexantur istis vt sunt aer cibus et potus etc. vergentium ad temperamentum. ¶ Secundo completur cum bina aut trina purgatione in anno: vere tamen potentissime et autumno cum dyacatholicon: aut pillulis de fumoterre flebothomia cum debita prouocatione emorroydarum et cauteriorũ in fontanellis brachiorum et tibiarum. ¶ Tertia completur cũ bonis electuarijs factis de dyarodon abbatis et bonis epithimatibus pro epate.

¶ Regimen autem curatiuũ qñ est actu lepra non tñ confirmata habet quatuor intentiones. Prima est bonitas regiminis vt humor lapsus temperetur. Secunda est humorum adustorum euacuatio. Tertia est impssionis illate rectificatio. Sed quarta est accidentium correctio. ¶ Primum complet cum debita administratione sex rerum non naturalium: et trium annexarum vergentium in frigiditatem et humiditatem. ¶ Secundũ completur cũ flebothomia et pharmacia caputpurgijs balneis ventosationibus et fricationibus et alijs resoluentibus materias ab extra. ¶ Tertium completur cum debita administratione serpentium et potionum et confectionum de alfilude de auro et de talib⁹ cõsimilibus confortantibus cor et rectificantib⁹ naturam. Sed quartum completur fm naturam accidentium que occurrunt.

¶ Regimen palliatiuum quod competit lepre confirmate tres hz intentiones. prima est humectare corpus ab intra ne incineretur. scda confortare cor et alia membra principalia ne dissoluantur. Sed tertia est custodire membra ne deformentur.

¶ Primum completur cum debita administratione lactis et brodũ gallinarum et aliorũ humectantium. ¶ Secundum cum leticia Gal. et dyarodon abbatis. ¶ Sed tertiũ cũ cauterijs factis in locis vbi scitis et cum gummeris: et alijs decorantibus et solidantibus faciem et alia membra. ¶ Uerum quia ista magis pertinẽt ad dominos phisicos q̃ ad chyrurgicos: nisi quantum est ad iudicandum et ad manualem operationem exquisitã ptractationem de modo et qualitate complendi predictas intentiones omittam superficialiter aliqua tangendo ea sᷓ. 8 capitulis tangendo vel assumendo. Primum erit de dieta. Secundum erit de flebothomia. Tertiũ de medicinis laxatiuis. Quartum de caputpurgijs. Quintum de balneis vnctionibus epithimatibus embrocationibus et consimilibus. ¶ Sextum de regimine serpentium. Septimum de cauterijs. Octauum de correctione accidentium:

Dieta leprosorum debet esse sicut patientium apostemata melancholica de qua superius in de apostematibus melancholicis fuit dictum. Et vltra illa caueant a coitu: et ab omni re que põt eorũ calefacere naturam: vt vult Aui. lac etiã vt dicit est de conuenientioribus quibus curatur lepra. Et proprie apud constrictionem et difficultatem anhelitus et vocis. Et post euacuationes oportet vt bibant illud dum mulgetur et detur quantitas que digeratur. Et si posset stare cum ipso solo bonum esset. Et si passio sedaretur auferatur: totum autem regimen ipsorum precipue in palliando ad regimen ethicorum declinetur vt volũt oẽs.

¶ De flebothomia.

Flebothomia venarũ magnarum nullo modo competit in lepra confirmata: nisi esset magna repletio: aut q̃ timeretur constrictio anhelitus: sed vẽtosatio et scarificatio in natibus tibijs retro collum inter spatulas et aptio venarũ paruarũ nariũ et faciei bñ põt cõpetere eis: eo q̃ materia iã exiuit venas: et si est in carne anteq̃ cõfirmet: tñ pcipit Haliab. sermone. 4. partis prime libri dispõnis regalis accelerare minutionẽ sanguis a duabus venis organicis et duabus post aures: et q̃ frõtis et a mediaslis et tñ auferre donec defectus appeat. ¶ Rasis tñ a purpurea vena dextri brachij incipit. Et post interuallum a sinistra et refert q̃ curauit quendam adolescentem leprosum in cuius facie nodi fieri incipiebant et pili defluebant cui occurrere incepit cum flebothomia: et ventris solutiõe cum apozimate de epithimo: et pillulis chole

ram purgantibus: et frequenter cum in balneo posuit et cibaria humectantia dedit. Postea quietem per aliquos dies ordinauit post ad ventrem soluendum rediit: quod totiens fecit donec plusquam quadragesies i quinque mensibus vētrem soluit: quibus peractis pili inceperūt nasci et oculi et color et facies meliorari: et prope sanitatem reduci. Et recedens ab ipso per alios sex menses dimissa purgatione preter cum sero cum bono regimine perfecte sanum eum inuenit.

¶ De medicinis laxatiuis.

In primis digeratur materia cum syrupo de fumoterre: quod. ℞. fumiterre. quartam. i. buglosse cū toto teneritatum lupuli scabiose lapacij capilli ven. dyanthos politrici scolopendrie endiuie nouelle cicoree. añ. quartam. ß. liquiritie se. melonum se. acetose anisi cuscute añ. ℥. ß. florum ros. violarū boraginis et buglos. epithimi. añ. ℥. i. polipodij quercini. ℥. ij. vini malorum granatorum aceti passulati. añ. quartam. i. panis zuccari lib. i. fiat syrupus.

¶ Digesta materia purgetur paulatiē cum apozimate laxatiuo facto cum predictis addendo succum fumiterre boraginis buglosse lapacij: et de sene et epithimo quantum de polipodio. et de prunis et tamarindis ac cassiafistula: et non ponatur acetum. Et administretur bis in septimana quarta. i. i quo potest dissolui ad acuendū. ʒ. i. electuarij de succo ros. Et si vis ponere in predicto syrupo mirabolanos preceptum habēt mesue facies. ¶ Si autē vis purgare fortius: fiat hoc cum pillulis de fumoterre: cuius forma secūdum Aui. ℞. mirabol. citrinorum chebulorum nigrorum omnium añ. ʒ. v. aloes succotrini. ʒ. vij. scamonee. ʒ. v. sine cessatione conficiantur cum aqua vel succo fumiterre. et fiant pillule. dos. ʒ. i. vel. ʒ. i. et. ß. ¶ Si autem vis purgare fortissime precipit Aui. yeram ruffini yeralogodiō theodoricō acuatur cū pulpa colloquintide et cum electuario de succo ros. ¶ Cum istis autē medicinis possunt addi et diminui medicine sm quod videbitur quod natura declinabit ad flegma vel ad cholerā: et sm tempus et qualitatem patientis.

¶ De caputpurgijs.

Post euacuationem vniuersalem fiant caputpurgia cū succo vel decoctione sansuci celidonie nasturtij staphisagrie piretri nucismus. piperis lon. in quo addatur modicum de euforbio et de scamonea: aut de electuario de succo ros. et traijciatur. aut imponatur vna gutta in naribus cū emboto nasali.

¶ De stuffis et balneis fricationibus et vnctionibus et consimilibus.

Post istas autem purgationes fiant stuffe cum herbis dictis in syrupo. Et in stuffa raso capite fricentur et lauētur per caput et faciem et totum corpus cum tali decoctiōe. ℞. fumiter. lapacij scabiose camomille melliloti staphisagrie sinapis piperis longi nucismus. sulfuris nitri aloen auripigmenti coctis cum aqua et aceto et facta fricatione liniatur totus cum sanguine leporis. Et in exitu detur thiriaca cum vino. ʒ. i. Et postquam sanguis fuerit desiccatus redeat ad stuffam: et ibidem lauetur cum aqua decoctionis radicis lilij iarri et surfuris macri. Et post inūgatur totus cum isto vnguento. ℞. vnguenti citrini lib. i. vnguēti albi. li. ß. pinguedinis serpentis. quartam. i. olei ros. olei mirtini vnguenti populeon. añ. quartam. ß. misceantur et inūgatur. ¶ Pro ista intentione inueniunt multa alia auxilia i morphea. scabie serpigine et in morbis faciei. Et ista talia reiterentur totiens quotiens videbitur expedire.

¶ De administratione serpentum.

Et scias vt dicit Aui. quod caro vipere vel thiri et illud i quo est virtus eius est de melioribus medicinis ci. Et. G. in. xi. simplicium farmacorum per quinque exempla hoc probauit. eligantur ergo serpentes sm nobilem Gordonium de locis siccissimis cum dorso nigro et ligentur versus caput et caudam: et cum virgis minutis flagellent et subito in simul duo viri abscindāt caput et caudam: et permittantur volutari per terram: et quanto plus volutabuntur: et exibit de sanguine tanto melius erit. Et excorientur et abluantur cum aqua salsa calida: et postea cum vino puro et istis serpentibus vtatur omnibus modis quibus poterimus considerare: quia breuiter loquendo aliam viam non habemus in curando leprosos per corporis mundificationem nisi cum serpentibus: decoquantur igitur vsque ad ossium separationem cum feniculo et aneto et pane biscocto et modico salis. Et sorbeatur brodium et comedantur carnes: vel carnes sic preparate terantur cum ala galline et modico zinzi. et satis de zuccaro et fiat comestio alba. ¶ Vel aliter quod carnes sic pparate cū puluere zinzi. coriandri, et croci ponantur in pastillo.

¶ Uel aliter q carnes sic pparate terantur fortiter ꝛ cum puluere zinzi.nucismus.ꝛ zuccaro.ꝛ fiat electuarium.

¶ Uel aliter serpentes viui ponãtur in vino tpe vindemiarũ cuz epithimo sene polipodio ꝛ aniso feniculo ꝛ aneto:ꝛ qñ erit clarificatuz ponatur in alio vase ꝛ erit laxatiuum: si administretur bis vel ter in die.

¶ Uel aliter ẜm henricum ponantur post decolationem in alẽbico ꝛ fiat aqua. Et patientes possunt lauari cum aqua decoctionis ipsarũ. Est tñ aduertendum q vsus ipsarum facit corpus primo inflare:ꝛ postea cadunt squame ꝛ pelles ꝛ excoriant ꝛ deinflantur ꝛ sanantur. ¶ Tempus aũt sufficiens de vsus ipsarum est dum incurrere incipiũt scothomiam ꝛ mutari in rõne: tunc eñ cessandum est ab vsu ipsarum. Et sal vipere iuuatiuum est iterum. ¶ De his q̃ conferunt est vt dicit Aui.qñ bibũtur aut comedũtur sunt confectiones bederasuli ꝛ alfedule ꝛc.

¶ De cauterijs.

Circa cauteria est intelligenduz q ipsa non debent fieri nisi post omnes alias curas:ꝛ maxime in putrefacta ꝛ humorosa. Et lz Albu.ponat.70.cauteria pro ipsis: qꝛ dixit q quanto plura fiunt magis cõferunt. Nihilominus non sunt consueta mihi: nisi cauteria punctalia seu rotunda fontanellarum brachiorꝝ ꝛ tibiarũ ꝛ inguinũ ꝛ ascellarum:ꝛ in summitate capitis ꝛ retro colluz ad setonem. Ruptoria fiunt sub mentone et in collo:ꝛ si ventose precederent ruptoria nõ esset id male factum.

¶ Ultimo est dicendum de correctione accidentium.

Accidentia que apparẽt in lepra sunt multa que correctione indigent vt morphea scabies pruritus ꝛ serpigo: de quibus dicetur in sequenti capitulo: nodi glandule atq tuberositates vlcera ꝛ corrositates: de quibus in pprijs caplis dictum est supra.

¶ Depilatio pustulatio oppilatio nariũ de quibus dicetur infra doctrina scða raucedo difficultas anhelitus de quibus in phisicalibus libris satis tractatur: Et iõ correctiões eorꝝ in locis suis requirantur.

¶ De morphea serpigine scabie pruritu syronibus pediculis ꝛ alijs infectionibus cutis. Cap.iij.

Intelligẽdũ q morphea ꝛ albaras alga da algasen panni lentigies sanguis mortuus gutta rosea scabies serpigo ꝛ impetigo ꝛ cõsilia sunt infectiones cutis maculose:ꝛ qꝛ non differunt nisi magnitudine ꝛ puitate ꝛ in situ:ꝛ in colore ꝛ aliqliter in materia: ppterea doctores nostri fuerunt ita varij ꝛ discordes in differentijs ipsorum: immo qð fortius est morpheã albarosan vocauit haliab. leprã. Nihilominus cõis vsus tenet inter nos q iste infectiones qñq sunt plane ꝛ nõ hñt inequalitatem neq vlcerationem: si sunt nigre vocantur morphee: si albe albaras: si rubee gutta.s.ro. si magne vocantur panni: si parue lentigines. Si ꝟo non sunt plane: sed inequales ꝛ vlcerate vocantur scabies serpigines ꝛ impetigies. Nõ obstante q Lanfrancus ꝛ henricus in differentijs istorꝝ multum videntur gloriari.

¶ Non ergo faciunt in ope diuersitatem tales differentie nisi in nõ vlceratis q̃ reponũtur sub morphea ꝛ in vlceratis sub scabie et serpigine. Et in syronibus ꝛ in pediculis de quibus dicetur. Et lz multa de his dicantur hic in generali. Nihilominus aliqua dicentur in speciali in secunda doctrina de dispositionibus faciei.

¶ De morphea.

Est ergo morphea cutis plana defedatio maculosa. Cuius lz sint tot spẽs sicut ꝛ lepre. Nihilominus due sunt magis famose nigra vcz ꝛ alba quaruz cause sunt albe phlegma: nigre vero melancholicus humor: vt dicebatur in sexto de egritudine ꝛ sinthomate.

Signa sunt satis manifesta. Sed iudicia sunt difficilia. ¶ Judicatur eñ p nobilẽ Gordonuz q morphea antiqua:ꝛ que occupat magnum spacium:ꝛ que cum fricatur nõ rubet nec quando pungitur emittit sanguinem sed aquositatem est incurabilis: aut cum magna difficultate curabilis: que vero est oppositarum conditionum ad curandum aliquaz habet suspitionem.

Circa morphee nigre supposito regimine dicto in lepra oportet ẜm Aui. vt incipiatur cum flebothomia: si fuerit illic multitudo sanguinis:ꝛ cum euacuatione humoris adusti ꝛ melancholici cum his que in le

pra sunt dicta. ¶ Uerum de euacuātibꝰ subli mibus est aqua casei cū epithimo sumēdo quolibet die. ℥. j. cū cado vno aq̄ casei: ⁊ multotiens cū ipso est soluendus: vt dicit Rasis. ¶ Et post hoc dicit ꝙ ex semine raphini et eruce ⁊ condisi confecti ꝫ cū aceto locꝰ est epithimandus: ipso tñ priꝰ balneato. ¶ Haliab. aūt iubet conterere cepā: ⁊ ad solē cū ipsa cathaplasmare. ¶ Gordonius precipit ꝙ fricetur locus cū pāno aspro: ⁊ postea ꝙ locꝰ epithimetur cū auripigmento rubeo pistato cū succo fumiterre: ⁊ in crastinū lauetur cū aq̄ furfuris. ¶ Jamerius hanc morpheā fricat cū smemitha. ¶ Rogerius recipit tartarū fuliginē de quolibet. ℥. ij. salis nitri sulfuris viui. ℥. j. auripigmenti aluminis scissi vtriusqꝫ ellri añ. ℥. ß. puluerizentur oīa cum succo fumiterre ⁊ abrotāi ⁊ lapacij acuti atqꝫ panis porcini ⁊ sapone cū oleo in mortario incorporentur talr̄ vt fiat linimentum cum quo morpheatus locus epithimet̄. ¶ Et si ista nō valent scarificetur locus: ⁊ cū illo sanguie epithimetur. Aut vt dicit Guil. de sa. cātarides cum fermento ⁊ aceto apponātur: aut mel anacardinum vt dicunt glosatores Rogerij. Et post vesicationem desuper folium caulis ponatur ⁊ remota cute si est necesse: vt qñ est infectio ꝓfunda corrodatur caro cum arsenico incorporato cum dyaltea: ⁊ purgata carne locus cum vnguento citri acuato cū lithargiro ꝯsolidetur. ¶ In morphea autē alba sup posito regimine dicto in apātibus phlegmaticis: opꝫ ꝑm Aui. vt deuitetur flebothomia ⁊ euacuetur phlegma cum yera acuata cū colloquintida: aut cū pillulis chochijs Ras. ¶ Et post hoc precipit Rasis ꝙ fricet̄ ad solem cum linimento facto ex setaragi qđ credo capsiam: ⁊ ex rubea ⁊ elleboro ⁊ sinapi. et se. raphini. Aui. vero vult ꝙ cum alcali ⁊ calce coctis cum vrina infantium vsqꝫ ad mellis spissitudinem fricetur ad solem quousqꝫ locus vlceretur. Deinde accipiatur pix ⁊ cera. atqꝫ terebentina ⁊ cortices nucis aduste atqꝫ sanguis pulli columbe: ⁊ oleum de alcanna: ⁊ vsqꝫ ad sufficientiam decoquantur: ⁊ continuetur super locū donec sanetur: ⁊ color eiꝰ sit sicut color corporis. ¶ Theodericus dicit ꝙ quedam dña pisani curabat omnes morpheas per istum modū. In primis lauabat locum morpheatum decies cum aqua frigida. Post cum isto vngebat vnguento. ℞. cineris serpentis combusti in olla noua bene cooperta. ℥. j. lithargiri vsti gallarum radicis flammule solearum antiquarum plumarum nigrarum galline oīm combustorū. añ. ℥. ß. arsenici calcis viue argenti viui. ana ℥. ij. conficiantur oīa cum aceto: ⁊ fiat sicut vnguentum. Cum quo locus morpheatꝰ inungatur bis vel ter: aut plus sicut videbitur expedire. Post aūt mittatur ad balneum: et dum intrabit balneum liniatur cū psilotro facto ex quatuor partibus calcis ⁊ vnius arsenici coctis cum aceto ⁊ aqua. Et postqꝫ sudauerit in balneo aliquantulum lauet̄ cum aqua ⁊ erit sanatus. ¶ Melius tñ videretur ꝙ prius in balneo liniretur cum illo psilotro ⁊ post in exitu liniretur cum illo vnguento: ipse tñ ita dicit. Si aūt cum istis non curaret̄ est intentio doctorꝫ ꝙ locus cum cantaridibus ⁊ arsenico curetur: precipue si intētio sit ꝓfundata vt dictum est de morphea nigra. Non autem cum cauterio actuali: neqꝫ cum scarificatione quia vestigia magis apparerent vt dicit Aui. ¶ Et si cura non valet tingatur locus cum ista tinctura Aui. ℞. lithargiri calcis gallarum alcanne draganti. ana. conficiantur cum melle ⁊ aceto nigro: ⁊ fiat linimentum de quo locus liniatur.

¶ De impetigine ⁊ serpigine et assafati.

Omnia autem ista vt dcm̄ est sunt infectiones cutis inequales ⁊ finalr̄ vlcerose nō multum ꝓfundantes. Et propter hoc Aui. dicit ꝙ sunt ꝓxima adinuicem: ⁊ sunt summa bothorꝫ vlcerosorꝫ. Incipientes parue leues diuise in multis locis: deinde vlcerant̄ vlceribus squamosis ⁊ furfurosis: qñqꝫ apparētibus: qñqꝫ occultis. Et q̄ sunt fixe magis proprie dñr assafati ⁊ impetigines: que ℣o sunt mobiles ⁊ serpentes hincinde serpigines q̄ vulgariter dicuntur derbes ⁊ ignis volagiꝰ Et quelibet ipsarum: quedam sunt humide quedam vero sicce.

Cause aūt istarū infectionum: maxime humidarꝫ est humiditas mala corrosiua q̄ permiscetur cum grosso sanguine ⁊ phlegmate salso: verum in sicca magis ꝑdominatur melancholia. Expellūtur eīn huiusmodi materie ad cutem ⁊ corrumpunt eam: vt dicit Aui. Et talis humiditas est vehementer ignita: ⁊ ꝓpter hoc sunt cum pruritu ⁊ ardore: vt dicūt glose ⁊ Theodoricus. Et generantur in facie ⁊ capite puerorum proprie. Et multotiens apparent in hyeme ꝑm Aui. eo ꝙ frigus coartat ⁊ derb

nat tales materias ad cutem: vt dicit Theodoricus: et in estate sepe propter calores vehementes: vt dicit Jamerius.

Curatio quantum ad regimen et euacuationem non differunt a curatione apatum et pustularum cholericarum melancolicarum de quibus satis dictum est supra in de apatibus: et de lepra et morphea. In speciali autem defendit Aui. omne quod habet dulcedinem superfluam: et proprie dactilos: aut amaritudinem: aut acuitatem: aut salsedinem et vtatur humectatione corporis humiditate equali cum balneo et aliis.

Quantum autem ad localia in recentibus laudantur fomentationes cum aqua tepida. Et alterare locum cum succo portulace et cucumeris et muscillagine psilii et saliua hominis ieiuni in .x. simplicium: et acetositas citri et gumma cum aceto. Et sinapis cum aceto sunt optima secundum Aui. et oleum de frumento: oleum ouorum: oleum de serpentibus: et oleum iuniperi ab hebene mesue appropriantur: et oleum de tartaro vulgus tenet supremum. Rogerius laudat saponem et succum celidonie. Et si cum eis admisceretur vnguentum albumi pulchrius esset. vt dicunt glose ipsius. Et lotionem cum aqua ro. et succositate citri in qua sulfur puluerizatum steterit in vase vitreo ad solem per. 20. dies laudant montipes. Et lac virgineum quod fit cum aceto et lithargiro distillando et miscendo cum aqua salita laudant Bonon. vnguentum album factum de lithargiro et citrinum factum cum oleo tartaro et succositate citri sunt Parisius consueta. Ad antiquas vero proprie ad saffati laudat Aui. linimentum factum de chimolea sulfure cineris cucurbite pulpa colloquintide omnium partes equales cum aceto. Ad idem Theodoricus. Rx. succi radicis lapacii acuti quartam. i. axungie porci dissolute lib. ß. argenti viui extincti cum saliua: quartam. ß. coquatur axungia cum succo vsque ad eius spissitudinem postea miscendo argentum viuum pistando in mortario fiat vnguentum. Ad idem Rogerius. Rx. tartari plumbi vsti fuliginis cineris piretri succi ciclaminis ana. confice cum oleo et fiat vnguentum. Henricus testatur quod quidam medicus Parisiensis curauit serpiginem quinque annorum cum tali vnguento. Rx. se. iuniperi contusi. ℥. iiii. coquantur cum sufficientia aque et colature addatur axungie porci reinfuse colate. ℥. vi. terebentine. ℥. i. dissoluantur omnia simul et dissoluta ab igne deponatur. Et cum infrigidatum fuerit aquositas expellatur et vn: et aquositas fortiter in mortario agitetur: et addendo sulfuris viui. ℥. ii. fiat vnguentum.

Rasis autem dicit quod antiqua indiget sanguisugis et fricatione donec exeat sanguis plurimus et resoluatur caro mala et appareat bona. Que vero ex ea fortis est indiget secundum Auicennam medicamine acuto corrodente quousque perueniat ad carnem sanam. Deinde cum vnguentis vlcerum proprie al. et de lithargiro consolidetur.

De scabie et pruritu.

Iste etiam sunt infectiones cutis vlcerose pruriginose cum squamis et crustis que quandoque sunt cum virulentia et sanie: et quandoque absque ipsa: vt ponit Gordonius. Quarum materia secundum Auicennam est sanguis cui commiscetur cholera conuersa in melancholiam: aut phlegma salsum baurachinum. Ex prima enim materia vt dicit fit scabies sicca: ex secunda humida. Sunt igitur secundum hoc due species scabiei humida et sicca sub qua pruriginem pono. Cum ei talem materiam natura ab interioribus ad intrinsecam cutem protulerit: si sub cute permanserit: et fuerit subtilis fuerit pruriginem. Si grossa scabiem vt euidenter ponit Haliab. parte prima. sermone octauo. Et ibidem ponitur quod tales materie fiunt maxime plurimum comedentibus: et qui malis vtuntur cibis salsis videlicet et amaris dulcibus et acutis: vt addit Auicenna: et qui balneum dimittunt et vestes non mutant laborant et vigilant et vinum purum potant. Addit Rasis. fit autem senibus propter cutis debilitatem: et quia in eis salsus humor vt plurimum generatur: et plurimum fit inter digitos: quoniam sunt debiliores: vt dicit Aui.

Significant scabiem secundum quidem Haliabbatem pustule parue incipientes: deinde vlcerantes: et significatur natura hu. per calorem ardorem pruriginem et per expulsa. Judicatur quod quauis scabies sit mala per viam signi: potest tamen esse bona per viam cause. Expurgare enim corpus ita consueuit natura ad cutem superfluitates repellendo: vt in quarto terapen. dicit Gale. Judicatur quod scabies in decrepitis est difficilis: aut impossibilis curationis. Judicatur etiam quod scabies et pruritus inducunt vlcera impetigines et egritudines fedas. Est etiam scabies de egritudinibus contagiosis.

Curatio quantum ad regimen et evacuationem non differunt a curatione predictarum infectionum. In speciali autem commendat Avi. cum proprietate celidoniam cum laxativis. Et aloes de tertio in tertium sume. ʒ. j. cum aqua endivie et feniculi eradicat scabiem. ut dicunt Ras. et Avi. et si veniret ex eo itestinorum rasura curetur cum clisterijs opportunis: et si adest repletio flebothomet ut dictum est supra: et scias secundum Avi. quod ventose in utrisque cruribus facte erunt scabiei fede.

¶ Facta autem evacuatione sufficienti volunt doctores nostri quod stuffentur cum herbis positis in syrupo de fumoterre posito in capitulo de lepra. Et intret stuffam cum istis positis ab Avi. que habent abstergere et rectificare complexionem cutis ut sunt malua sicla lapaciuz acetosa apium furfur farina lentium rizi et fenugreci melones decocti cum aqua et aceto seu granatorum vino. Et in exitu offeratur thiriaca aut rubea trociscata. Et postquam sudauerit et dormiuerit in lecto altereturt cutis cum oleo violato ros. amigdalarum aceto: aut granatorum succo. ¶ Quantum autem ad localia. In humida laudant Ras. et Avi. argentum vivuz extinctum cum saliua cachumiam argenti oleandrum condisum alchali litargirum confectum cum oleo ros. et aceto. et quod fiat epithima per totam noctem. In mane vero balneum ingrediatur patiens et cum aceto et mossa viridi quercus fricetur postea cuz aqua calida lauetur. Et his factis aqua frigida super ipsum fundatur et cum oleo ros. iunctus egrediatur.

¶ In sicca et prurititua concedit Avi. in potu lac vaccinum acetosum et balneum cum aqua tepida et administrationem unctionum oleaginorum ex oleis frigidis et proprie quando ponitur in eis succus apij et aqua ros. et endivie: et acetum cuz aloe et sale armoniaco et alumine Et de medicinis quiescere facientibus pruritum est papauer cum aceto tritum. et ceroisi in quo ponitur opium. ¶ Rasis autem in ista scabie. ℞. baurac costi salis conditi. ana. ʒ. j. storacis. ʒ. vij. aceti et olei quod sufficit. fiat linimentuz de quo epithimetur in balneo et maneat et postea lauetur. In suis additionibus innenitur quod lauare locum cum aqua ros. et aceto decoctionis ros. mirre sandal. ru. et paruz aluminis pruritum forte statim tollit. Usus autem communis habet unguenta alba et litargica.

¶ In utraque scabie inueniuntur multa communia unguenta primo Gal. in nono simplicium farmacorum. capitulo de sulfure docebat quosdam amicos suos piscatores sulfur miscere cum oleo: et melle: aut terebentine et sanabant scabiem et serpigineum. Et ipse autem non raro. Oportet enim medicinas tales habere virtutem mixtam ut consumant et repercutiant. ut dicit. Et propter hoc ego in lib. j. terebentine et quarta. j. axungie porci remisceo. ℥. j. sulfuris. et aliquotiens modicum de argentovivo appono. secundum Theodoricum. ℞. radicis lapacij acuti enule campane et affodillorum: ac cicute cocte sub prunis: aut in aqua pistatis et mixtis cum axungia veteri porcine fiat unguentum. ¶ Ad idem Henricus. ℞. olei laurini axungie veteris porcine cere viridis thuris argenti vivi extincti cum saliua. ana. partem. j. salis communis tritissimi partes. iiij. conficiantur cum succo fumiterre et plantaginis. ana. quantum potest imbibi agitando: et si adderetur modicum de fuligine in aceto temperata conferret ad omnes infectiones. ¶ Ad idem magister Dinus. ℞. succi lapacij scabiose celidonie enule campane fumiterre. ana. ʒ. vj. olei communis. ℥. vj. salis communis. ℥. ij. misceantur et bulliant ad succorum consumptionem: deinde coletur et assumatur illud oleum et cere. ℥. j. et liquefiant simul ad ignem et deposito ab igne misceantur donec equentur. Et si vis magis desiccare adde vitrioli. ℥. ß. Et si vis ut sit magis proprium ad phlegma salsum adde cerusam litargirum plumbum ustum cinerem vitis cum modico de aceto. ¶ Ad idem magister Petrus de bonato pro scabie ex phlegmate salso. ℞. succi celidonie: succi edere terrestris ana. lib. j. axungie porcine. lib. j. coquantur omnia ad consumptionem succi: deinde cola et adde argenti vivi. ℥. j. incorporando fiat unguentum. Et post inunctionem folium lappe inuerse: aut lilij desuper apponatur.

¶ Unguentum saracenicum contra scabiez et malum mortuum et phlegma salsum: facit enim educere superfluitates per os balneando: et per subasellas resudando inungendo soluz extremitatem a genu et cubito in sole vel ad ignez: duntaxat quod illa hora summe homo caueat a frigore. ℞. euforbij litargiri. ana. lib. ß. stafisagrie quartam. ß. argenti vivi. quartam. j. assungie porci veteris lib. j. incorporando in mortario fiat unguentum de quo inungat se semel in septimana. ¶ Et tamen aduertendum: quod quia argentum vivum nocet membris principalibus et dentibus atque gingiuis precipit Avi. quod unguenta in quibus ponitur elongentur quantum poterit a partibus stomachi et membrorum nobilium. Et Henricus dicit quod dentes et gingiue cum decoctione mentastri et neti et camomille lauentur. Nonnulli cum aqua

solatri faciunt idem.

¶ De pediculis syronibus ⁊ suis cõsimilib⁹.

Quid autem sit pediculus oĩbus est notum. Fiunt enim ex materia predictarum infectionũ: minus tñ mala. Et ideo ad eam non festinatur putrefactio virulenta: neqꝫ vltimata: sed est conueniens vt sit materia recipiens vitã a creatore suo. vt addit Aui. ¶ De modo aũt generationis nõ curo: qꝛ physicũ est: sed ad generationem ipsoꝝ iuuant res quarum ꝓprietas est mouere materiã ad cutim vt sunt ficus ⁊ coitus ⁊ dimissio mundificationis: ⁊ tarda pãnoꝝ mutatio.

Signa materie ipsorum habent̃ per colorem: vt ponit Gordoni⁹. ¶ Iudicat̃ per ipsummet Gordoniũ ꝙ pediculoꝝ multiplicatio a causa tñ intrinseca precedit morpheã ⁊ leprã: eo qꝛ si natura cutis esset fortis nõ erraret: sed assimilaret. Error autem assimilatiue virtutis est causa lepre vt dictum est.

In curatione enim ipsorum indiget̃ in primis ꝙ corpus mundificet̃ cũ flebotomia ⁊ yerapigra: ⁊ alijs euacuãtibus humores putrefactos ⁊ regiminis rectificatione ⁊ assumptione medicinarũ interficientiũ pediculos velut sunt allia decocta ⁊ calamentũ montanũ vt dicit Aui.

¶ Et cũ localibus ⁊ de ipsis fiunt stuffe ⁊ balnea cũ aqua decoctiõis aluminis salis blete tenacẽti cipressi pini calamenti lupinoꝝ staphisagrie: ⁊ olea ⁊ vnguenta cũ oleis carthami raphini sumach acetose cum radice sua.

¶ Et speciale est ad hoc vnguẽtũ sequẽs de quo si inungat̃ cingulum de lana ⁊ portet̃ nuda carne iterficit pediculos ⁊ ꝓhibet ne ampli⁹ generent̃. ℞. olei. ℥. iij. cere. ℥. ß. argẽti viui. ℥. j. miscendo in mortario fiat vnguẽtum.

Syrones sunt animalia parua facientia vias cauernosas corrodendo inter carnem ⁊ cutem potissime in manibus ociosoꝝ.

¶ Et curantur lauando locum cum aqua salita decoctionis piscui: aut cũ succo edere terrestris: aut cum aceto mixto cum aloe ⁊ consimilibus.

De variolis et morbilis ⁊ desudationibus ⁊ plãta noctis q̃ sunt bothores parui in membro plurimi sudoris.

Et de essere que sunt nodationes in carne cũ pruritu veniẽtes qñ homo est supcalefactus ⁊ sudando scalpit se supsedeo quãtum est de presenti: magis eñ est physicum. ꝙ chyrurgicũ. ⁊ satis ex sciẽtia apostematũ põt haberi eorum cura.

¶ Quantũ autem ad vestigia infra dicetur in facie de cicatricibus variolarum.

¶ De extenuatione ⁊ ingrossatione corporum ⁊ membroꝝ. Cap. iiij.

Vaquã de ingrossatiõe seu impinguatione et arefactione seu extenuatione saltim vniuersaliter pertineat ad dños physicos. Nihilomin⁹ qꝛ in particulari ingrossatione et attenuatione membroꝝ chyrurgici cõsueuerunt vocari pro tãto dicet̃ quid de ipsis.

¶ Quid aũt sit ingrossatio ⁊ attenuatio notũ est satis a Gal'. in. 14. terapẽ. quando eñ in tãtam carnositatem seu pinguedinẽ vertitur corpus vt neqꝫ ambulare possit sine tristitia: neqꝫ tangere anum: neqꝫ calciare: ꝓpter tumorem ventris: sed neqꝫ respirare improhibite dicit̃ grossum: sicut quãdo liquefit ⁊ deprimitur quẽadmodum in atrofia ⁊ ptisi dicit̃ arefactũ. Et sequit̃ ꝙ plerũqꝫ non totum: sed vna particula efficit̃ talis. ¶ Et fm hoc due species assignant̃: quarũ cause principales dicũtur in scdo de egritudine ⁊ sinthemate. plenitudo materie indigẽtia sicut insuper ingrassatis vel colliquatis valde f m vnã particulam vel corpore vniuerso est videre. Et in sexto de custodia sanitatis adiungit̃ fortitudo vel debilitas virtutis redditiue ⁊ nutritiue vel ambarũ. Et ea que extrinsec⁹ eueniũt ad desiccãdum adduntur ab Auicen. in quarto vt est vsus cibi subtiliãtis ⁊ quies imoderata. Nã vt ipse scripsit in primo dimittẽtes exercitiũ incurrũt ethicã. Sopit̃ eñ virt⁹ attractiua in quiete. destruit̃ a labore ira angustijs vigilijs fame ⁊ dure iacere: vt dicit Rasis. ¶ Et ad hoc facit ligatura stricta ⁊ ꝯstrictio poroꝝ a calido ⁊ frigido et sicco excessiuis facta. vt dicit Aui. aut dolor ⁊ pessio iuncture superioris: vt ipsemet dicebat de podagra longa: ⁊ gibbo ⁊ solutione ꝓfunda male restaurata qđ attenuabat mẽbra sequẽtia vt in suis capitulis fuit dictum. Oppilãtur vie cibi quodã modo ⁊ debilitatur virtus attractiua. ¶ Iudicatur per hyp. in primo affoꝝ ꝙ in gigasticis quo ad summũ annexie idest

boni habitus fallaces sunt si in ultimo fuerint. Non enim possunt manere in eodem statu: relinquitur ergo ad peius quod suffocentur: aut vene crepentur. ¶ Judicatur per Gal. in secundo tegni. quod primas et solidas partes corporum non est possibile humidiores facere. Et propter hoc dicebat in septimo terapeu. arefacta dispositio insanabilis existit cum certissime completa fuerit. Et secundum hoc indicatur quod licet siccitas sit difficilior ad curandum quam humiditas. Nihilominus periculosior est nimia grossities ad sustinendum quam ariditas. Et hoc est quod dicebat hyppocrates in secundo. quod grossi valde secundum naturam cito mortales magis fiunt macris. Nam secundum Gal. in comento tales frigidi sunt et strictas habent arterias et venas. Et propter hoc sanguinem et spiritum ordinariam paucum habent: quare calor innatus in eis parua occasione cito corrumpitur. Et cum hoc secundum Aui. in. 4. sunt expositi apoplexie paralisi pulsui cordis dyarie. Malitie anhelitus sincopi et febribus malis: et famen et sitim non possunt tolerare. Optimum est ergo bene et moderate carnosum esse. nam vita in humido existit: vt dicit Aui. non aquoso sed vnctuoso vt dicit glosa.

¶ Amplius iudicat hyppo. in. 2. que in multo tempore extenuantur corpora tarde vel pigre reuerti consueuerunt que vero in pauco paucc. Et hoc est propter consumptarum humiditatum diuersitatem vt dicit litera. ¶ Ex quibus omnibus sequitur quod ariditas longa et habituata: et que sequitur solutiones profundas male curatas nunquam corrigitur: satis autem est si quid prohibeat eas siccari non cito in secundo tegni.

Cura superflue grossitiei

duas habet intentiones. prima est diminuere sanguinem qui multiplicatur. secunda resoluere materiam que coniuncta est et debilitare virtutem ne attrahat ipsam.

¶ Primum completur per Gal. in. 14. terapeu. cum dieta attenuante dicta in libro de subtilianda dieta. Et cum farmacis vrinam et sudorem prouocantibus vt sunt rutha: et sua grana aristologia ro. gentiana polium ac subtilis centaurea et vipere combuste: et ipsarum sal et acetum ad ista facit. vt dicit Rasis. Et medicine laxatiue continue subducentes phlegma vt dicit haliab. in sermone primo. et ieiunia et acuta exercitia. per Gal. vbi supra.

¶ Secundum completur per balnea naturalia: aut artificialiter constructa similia in virtute taliaque quali fieret mixto flore salis cum aqua marina. Et deinde cum aliquo oleorum acutorum inungere: velut est oleum cucumeris siluestris gentiane aristolo. et consimilibus Et non comedere in balneo: sed ieiunare et dormire prius aut non quiescere.

De ingrossatione particulari

membrorum quomodo curatur satis dictum fuit de ciragra et elefantia in de apostematum tractatu. In quibus inuenies quod ad istas intentiones dictas adiungitur: et tertia que est deriuatio materie ad illam partem cum pondere et ligatura vt docet Aui.

In cura arefactionis

et desiccationis corporis ad tria breuiter intendunt operantes. primo ad generandum satis de sanguine benigno. Secundo ad ipsum sanguinem extrahendum ad carnem. Sed et tertio ad roborandum virtutem nutritiuam vt sanguis attractus retineatur et non euaporetur.

¶ Primum completur cum dieta euchima que ethicis et consumptis potissime ordinatur. vnde 14. terapeu. Quoscunque enim renutricare voluerimus attenuatos vinum quidem dabimus grossum per achimia cibaria et exercitia non acuta neque fortia et fricationem moderatam et simpliciter dicere vniuersa predictorum contraria geremus.

¶ Secundum completur in his que secundum totum piccari effugiunt in sexto de custodia sanitatis ante balnea manibus non valde mollibus: sicut neque in asperis refricare corpus vsquequo ad ruborem deueniat. Deinde fricatio dura non multum. Et postea exercitiis commensuratis vtentes: deinde in balneo: ita vt prolixe moretur. secundum balneum postea et iunctum oleo breui offerre cibaria. Nihilominus in. 14. terapeu. consulit balneum post cibum aptum. Et si oppilationes ex hoc contigerent confestim precipit oximel dare capparum in principio cibi donec vtique desistat grauedo.

¶ Tertium completur in eodem sexto cum eo quod calefacit carnem et non euaporatur qui deductus est ad carnem sanam vngentibus oleo virtutem habente emplastram idest adhesiuam. vt est oleum cum pice liquefactum. Si vero et quietatis concesserint et frigidis balneis: idem homo vtens simul cum predictis proficiet multum.

¶ In his vero que difficulter nutriuntur particule: et plus quam oportet infrigidantur supposita remotione cause velut esset dolor et contritio particule: et sic de singulis vsus fuit Gal. in. 14. terapeu. quandoque et cassiani: quandoque quidem p

mel sup vnguens particulam. ¶ Est autem aptissimuz q̄d per cerotum auxilium. vt dicit ibidē. Euellit em̄: ꝛ hoc p̄ticulis quibus vtiq; supponit multitudinē sanguinis: fit autē de pice nigra sola vel cū resina associata equalibus partibus dissolutis ꝛ distēsis super alutam: aut in tela imbibitus. Et nō oportet offerre his laborātibus corporibus: multotiēs sed in hyeme q̄bus bis: in estate autē semel sufficit cōtinuando p̄ tres aut quatuor dies. Et si opportunum fuerit per plures. Debet aūt precedere piceationē fricatio ꝛ fomentatio ꝛ cū virgulis p̄cussio donec vtiq; eleuētur carnes: ꝛ nō confestim cessare oportet anteq̄ incipiat dyaforari: ꝛ postea pix dʒ applicari. Et post horā dictam debet cū quadā violentia eleuari. Et postea inungat̄ cū oleo piceo aut cum aqua frigida infundatur. Et postq̄ mēbrum cooptum per horam quieuerit. Sic iterū redeat ad operationē ꝛ totiens hoc fiat donec sit curatū mēbrum. Nihilominus bonū est vt dicit Aui. semp membrū exercitare portādo: aut trahendo rem difficilē ꝛ ponderosam: aut brachiū appositū cū fascia ligare vt nutrimentū nō recipiat. Sed ad particulā vadat arefactā. ¶ Ultra auxilia hic data ordināt̄ur per Ras. haliab. ꝛ Aui. cibaria cōfectiones potiones clisteria balnea ad impinguandū ꝛ demacrandum: que q2 ad chyrurgicos nō pertinent relinquantur.

¶ De casu offensiōe ꝛ distēsione et subuersione. Cap. v.

Dicet superius in de vulneribus sit tractatum de cōtusione carnis musculose ꝛ neruorū ꝛ capitis et oculorꝫ. Nihilominꝰ q2 casus offensio ꝛ distensio differunt a cōcussione: sicut p̄prium a cōmuni et magis elongantur a vulneribus et apostematibus q̄ concussio: pro tanto hic in speciali dicetur de ipsis. ¶ Casus ꝛ offensio f̄m ꝙ dicit Aui. ledunt ꝛ impediunt corpora cū concussione ꝛ attritione. ꝛ supple aliquotiens cum dislocatione ꝛ fractura: ꝛ differūt vt dicit glosa in loco: q2 casus dicit̄ qn̄ corpus cadit ꝛ p̄cutit̄ ad terrā aut ad lapidē: aut ad aliquā rē p̄cutiētem. Offensio vero dicit̄ qn̄ corpus p̄cutitur ab aliqua re exterius obuiante: vel aliter ꝙ casus est concussio corporis. Offensio solius vētris: vel dicitur casus respectu exteriorū: offensio interiorum.

¶ Distensio est membrorū tractus cū fune aut cathena. ¶ Submersio est fumi vel aq̄ prefocatio. ¶ Ad casum ꝛ ad offensionem sequūtur multa incōmoda: vt dicit Auic. Incisio lacerti cordis ꝛ stomachi ex quibus morit̄ statim ꝛ nocumenta egestionis: ꝛ vrine ꝛ vomitus atq; sanguinis fluxus strictura anhelitꝰ abscissio vocis ꝛ loquelle que oīa sunt mala ꝛ timorosa p̄pter solutionem cōtinuitatis neruorū panniculorum atq; venarū. Et propter dolorē ꝛ nocumenta que mēbris principalibꝰ ꝛ necessarijs cōicant̄: ꝛ sequitur in textu ꝙ quāto corpus est maius: tāto timor est vehementior. ¶ Amplius dicit Aui. ꝙ glandule in casibus ꝛ offensionibus multiplicantur ꝛ curantur vt superius de glandulis fuit dictum. ¶ Judicia casuum ꝛ offensionum sequūtur iudicia magnorꝫ vulnerum.

In curatione casuū ꝛ offensionū ꝛ extensionū generaliter est aduertendum ꝙ si cum eis fuerit dislocatio seu fractura: aut aliqua separatio: seu cōtusio ꝙ illa tractent̄ p̄ut dictū est in capitulis ipsorꝫ. ¶ Quantū autē ipsa sunt eorꝫ curatio quatuor habet intētiones. prima vitam ordinat. scd̄a materiā vt non fluat diuertit ꝛ euacuat. tertia locū lesum vt materiam nō recipiat et apostemetur defendit ꝛ firmat. quarta materiam fluxam carminat ꝛ resoluit.

¶ Primū completur cum dieta tenui ꝛ sobria dimittendo carnes vt dicit Aui. Immo in prima die nihil comedit: ꝛ parum in secūda ꝛ tertia vsquequo ab apostemate fuerit securus. Et post ingrossetur ꝛ comedat cicera ꝛ ribes. ad hoc vt interiora firmentur.

¶ Secundum completur cum flebothomia ꝛ linitione ventris cum cassiafistu. ꝛ clisterijs: ꝛ id genus. Et reubarbarum cum syrupo ro. f̄m rasim in hoc obtinet principatum.

¶ Tertium ꝙ ab itra a principio talis administretur potio. ℞. boli armeni mumie terre sigillate. ana. ℥. j. fiat puluis de quo. ʒ. j. cum aq̄ plantaginis quolibet mane vsq; ad q̄nq; vel septem dies administretur. Et supra locū vult Auic. ꝙ ponatur istud emplastrū. ℞. faseoli rizi. añ. partē. j. boli arme. sumac. añ. partem. s. aloes aluminis gipsi calcis extinctorꝫ añ. quartā partē illiꝰ incorporādo cū albuminibus ouorꝫ fiat emplastrū. Cōis tñ̄ vsus auctoritate Rasis oīa loca lesa inungit cū oleo ros. aut oleo mirtillorꝫ: ꝛ desup aspergit mirtillos puluis. vt supius in capitulo de contusionibus fuit dictum.

¶ Quartum aũt cõplet ꝙ post principiũ detur talis potio. ℞. reubarbari costi radic ru. centauree aristolo. ro. añ. ℥. i. fiat puluis de quo. ʒ. i. administretur quolibet mane ꝑ nouem dies cum. ℥. i. sirupi acetosi: ⁊ aque anagalli ⁊ consolide maioris tantundem. Anagallus enim quod est ypia seu morsus galline in hoc magnam proprietatem habet vt dicit Guil. de sali.

¶ Ad istam intentionem administrabat magister Americus de alesto potionem factam cum vino ⁊ melle decoctionis radicis osmũde yarri: ⁊ caude equine terrestris in quantitate vnius gobeleti dũ intrabat dormitum: sudando em̃ tota materia expellitur.

¶ Et ꝑ ista intentione etiam ordinauit stuffam ⁊ balneum de tertio in tertium aut de quarto in quartum in quibus ponantur cõsolida maior osmunda sanamũda ypia ebuli arthemisia absinthiũ rose camomila mel lilotum ⁊ pul. qui subtus fenum reperitur.

¶ Et ibidẽ cũ melle fricãt: aut cũ isto vnguẽto: ⁊ est Guillelmi de sa. ⁊ eũ acceptat henricus. ℞. cere. ℥. iij. resine. ℥. vi. terebentine. ℥. viij. olei cõis lib. ij. thuris fenugreci. añ. ℥. ß. fiat vnguentum de quo etiã oĩ die inungat.

¶ Si aũt aliquis locus notabilr̃ sit ꝯfractus ponatur desuꝑ faba cocta cũ oximelle: ⁊ crocus in hoc est optimus: aut oxicroceum seu apostolicon: aut folia sambuci obuli cipressi tamarisci cocta ⁊ pistata cum lacte acetoso vt dicit Aui. Nonnulli vero in fimo calido eos sepeliunt ⁊ ibidẽ sudando iuuant. haliab. et Aui. eos cũ pelle ouina bidente recenter excoriata calida cũ sale trito synapizato inuoluunt: fortasse enim si dimittantur in die: secũda curantur: hoc etiam testatur Gale. in. 11. medicinarum.

¶ Si aũt offensio in ventre facta fuerit cõsulit Aui. empl͡ꝫ quod fit de granatis siluestribus coctis cum musco in quo de laudano et ros. tantũdem misceatur ⁊ spice masticis eupatorij tertiam partem illius: ⁊ olei de lilio qd̃ sufficit fiat emplastrum.

In distensione ꝯsueuerũt operantes iuxta ꝯsiliũ haliab. prius loco cũ manib⁹ aut pedibus reformato linteamẽ lineũ infusum in aqua frig. suꝑ loca applicare: firmat ei locũ ⁊ ꝯfortato calore sudant corpa ⁊ sanãt. Et si nõ ꝓficit ad curã ꝑdictaꝫ reducantur.

Si quis tñ ab alto loco ceciderit et sine voce factus fuerit: ⁊ si loquitur aliena dicit suspicandum est ꝙ cerebrum: aut aliqd̃ membroꝝ principaliũ sit lesum. Claritas intellectus sanitatem cerebri demonstrat. vt dicit Ras. Examinanduꝫ tñ prius est si est mortuus vel viuus tangendo pulsum vocando ipsum trahendo pilos ⁊ nares respiciendo pupillas oculorũ si mouentur: ponendo flosculum lane aut coti carpiati in ore ⁊ naribus ⁊ scutellam aque plenã si mouetur pectus ꝓuocando sternutationẽ cum pipere ⁊ euforbio ⁊ id genus. Et si non est mortuus procedatur ad curam fricando extremitates cum aceto ⁊ sale ⁊ rutha prouocando sternutationem ⁊ fluxum sanguis cum setis aut. paleis per nares. Et ipo aliq̃liter viuificato fiant clisteria ⁊ flebothomie et alia auxilia dicta superius. Et si cerebruꝫ sit in causa queratur cura in capitis contusiõe ⁊ ita de alijs. Si vero fuerit mortuus nõ tãgas sed fuge ⁊ dimitte ipsum in pace.

Si autem immersus fuerit homo: vult haliab. in. 6. sermone partis secunde. ꝙ cum pedibus suspendatur capite demisso ꝙ aqua abieo exeat. Post hoc acetum decoctionis piperis sepe gargarizet ⁊ aquam ciceris aliquib⁹ diebus sorbeat. ¶ Si autem in fumo aliquis dissolutus fuerit: si spumauerit nulla est ad eius salutem via. Cum autem non oleũ violarum gargarizet: ⁊ aquam tepidam decoctionis frumenti sorbeat ⁊ calida cibaria pinguia comedat.

¶ De combustione aque vel rei ardentis. Cap. vi.

Combustiões ⁊ arsuras sequuntur dolores ⁊ vesice dolores propter malam complexionem vesice: qr caliditas ignea subito attrahit humiditates aquosas ad sub cutem que non potentes ab ipso igne spissata cute exterius exire remanentes ibidem eleuant ipaꝫ cutẽ: ⁊ faciũt vesicas ⁊ inflationes aquosas que quandoqꝫ occurrunt corpori pleno: ⁊ adducunt apostemata ⁊ vlcera maligna: quãdoqꝫ vero mundo ⁊ tales sunt magis mites.

In curatione locali combustionis tres intentiones habentur. prima locum vesicari ꝓhibet. scd̃a vesicas factas curare docet. Et tertia excoriationem claudit.

¶ Prima cõpletur cuz infrigidãtibus dome
sticis vt fm rasim sunt pãni ifusi in aqua ro.
super niuem infrigidata sepe renouati. Et si
res magna fuerit hoc est ꝙ apostemata fue
rint ex latere cõtrario phlebotomia erit faciẽ
da: ꝛ regimen infrigidandum ꝛ subtiliandũ
Auicẽna ꝓo oleum rosatuz cum vitellis ouo
rum agitatis superapponit. Et folium mal=
uarum sicle lentes rosas cum aqua dulci co=
ctas cum oleo rosa. aut bolum ar. cum ace=
to terram sigillatam seu argillam litargiruz
atqꝫ cerusam aquam endiuie solatri etiã ad
ꝓhibendum vesicas cõmẽdat Aui. Et aquã
oliuarum haliabas approbauit. Theodori=
cus consulit totum mẽbrum balneare cũ ace
to: ꝛ cerotum Gal. de cera ꝛ oleo ros. appro=
batur. Et oleum lautum laudat Rogerius.
Et lardum cum folijs sambuci illud idez po=
puleon cum vitellis ouorũ ponunt quatuor
magistri. Et si ꝓpter dolorẽ in ꝓdictis adde
retur aliquid opij placeret alexandro.

¶ Secunda intentio cõpletur aperiendo vesi
cas cum forpicibus: aut cũ aliquo scarpello.

¶ Sed tertia intẽtio cõpletur cum desiccan
tibus domesticis vt fm Rasim est vnguentũ
album in quo sunt albumina ouoruz ꝛ cam=
phora. Et vnguentũ de calce septies: aut to=
tiens lauta quousqꝫ dimiserit acuitatẽ: qua=
rum forme in antidotario dicent Aui. ꝓo fa=
cit quandaz longam cõpositionẽ de stercore
vaccino desiccato cortice pini litargiro ceru=
sa bolo armeno: calce abluta tucia plumbo
vsto scoria ferri camphora ꝛ cõsimilia incor=
porata cũ oleo ros. ꝛ medulla seu pinguedi=
ne cerui quã dicit esse expertã vbi nõ est ma
gna caliditas. Et de hoc genere est fimus co
lumbinus in pãno lineo cõbustus: ꝛ cuz oleo
ros. incorporatus: est eniz mirabilis vt dicit.
Et porri elixati cõpetunt locis vlceratis: ꝛ si
vlcera fiant inobedientia cura vlcerum ma=
lignoꝝ curantur.

¶ De porris ꝛ verucis atqꝫ cornub⁹. Ca. vij.

VEruce fm halia. sermone. 8. ptis
prime sunt pustule parue ni
miũ dure ac rotũde in supfi
cie corpis nate. ¶ Quarum
quedam dicunt porrales: q̃
sunt incise et ramificate ad
modũ capitis porri: quedã sunt clauales nõ
incise: sed capite ꝛ radicate ad modum claui.
Et q̃dã sunt cornales: q̃ sunt q̃dã additiões
spisse vulgares nascentes sup iũcturas ꝛ cor=
porũ extremitates. vt dicit Aui. vnde Gal. in
primo de egritudine ꝛ sinthomate ꝛ decimo=
quarto terapẽ. Acrocornides ꝛ formice veru=
cales alsi ꝛ costi sunt egritudines ex toto ge=
nere ꝓter naturã. Cui⁹ causa in scdo de egri=
tudine erat etiã materia preter naturã q̃ ad
cutim transmittit. Et deponit a robusta na=
tura. Et hoc est qḋ dicebat Aui. in primo ꝙ
erant de genere pustularũ ꝛ bothorũ. Cuius
causa efficiens: vt in quarto dicebat erat na=
tura expellens ꝛ materialis humor grosius
melancholicus aut phlegmaticus salsus in
melãcholiã cõuersus. Licet haliabbas velit
ꝙ a duobus oriunt humoribus a phlegma=
tico vcz. melancholico indurato: ꝛ nõ putrefa
cto vt glosat in loco. Et fiunt in oibus mem=
bris maxime in manibus ꝛ pedibus: ꝛ ad ma
gnas sequunt parue nõ a sanguine fluẽte ex
tra dum sanguinant. vt credit vulgus. Sed
quia magis sit causa ad ꝯuertendũ cõplexio
nem nutrimenti delegati ad naturã suã qua=
re multiplicantur vt dicit Aui.

In cura istorũ tres sunt in=
tẽtiones. pri=
ma materiã melancholicã ꝛ phlegmaticã iu
bet purgare. Secunda q̃ amplius talis ma=
teria nõ generetur docet custodire. Sed ter=
tia materiaz localiter ostendit extirpare.

¶ Primã docet haliab. cõplere cuz decoctio
ne epithimi ꝛ agarici. ꝛ Aui. ad sanguinẽ mi
nuendũ festinat: ¶ Scdam complet ipsemet
Aui. cum bono regimine bonum chimũ ge=
nerante. ¶ Sed tertia intẽtio completur vno
de duobus modis. primo per farmaca. scdo
per chyrurgiã per farmaca resoluitur ꝛ desic
cat materia fm Rasim fricando cũ folijs cap
paris: aut cum xilocaratis humidis. Aut fm
Aui. cum oleo fisticino: aut cũ aqua porrorũ
ꝛ sumach. Aut fm Guil. cũ mediastino cepe
squillitico mollificatione cum aqua calida ꝓ
cedente. ¶ Et emplastrũ de fimo caprarũ cũ
aceto: ꝛ senissam qḋ est nigella cum aceto: et
acetum cum sale ꝛ pentafilon cum musto pi=
statum laudantur ab haliab. henricus autẽ
folia ruthe millefolij herbam roberti tritaz
super ipsas ligare precipit. Et dicit ꝙ infra
tres dies aut quatuor sine dubio curantur.

¶ Et ad idez precipit eas linire per sex dies
bis aut ter in die cum illa aquositate que re
manet in potu plumbeo in quo limaces ru=
bee cum sale per quatuor dies reconduntur
absqꝫ enim dolore. vt dicit omnes cum radi=
ce cadent. ¶ Per chyrurgiam consumit ꝛ cor
rodit eas Jamerius liniendo cum frumento

temperato & dissoluto in capitello aut cum lacte ficuum. Aui. vero hoc facit cum lacte titimali: aut cum oleo anacardino: aut ponatur desuper ruptorium de calce & sapone vt Haliab. aut ipsis apertis cum vngue: aut satigella: vel cum cantaridibus ponatur in fissura modicū de arsenico: qd non fallit. Aut vt ille gallicus liniantur cum pallea vel stilo in quo sit modicum de cotone imersis in aqua forti alchimistarum de qua dicetur infra. Aut ligētur cum seta: aut pilo vt precipit Ras. Et post cum punctali cauterio cauterizentur: aut cū medicina acuta ipsis prius sm Albu. in circuitu separatis & radicitus euulsis. Aut cum embula de pēna dura galli: sicut dicit Gale. aut de ere: vt Albu. per circuitum comprehēdatur & euoluatur canula donec in circuitu secetur & eradicetur.

Ad cornu autem qd in pedib⁹ cōsulit. Henricus: vita q̄dam meus scutifer Parisius me multo in articulo pedis mei opatus fuit: qd radatur et perforatur desuper quātum erit possibile cornu Deinde ponatur super ipsum planta de ferro vel de corio in quo sit foramē sm cornu q̄ntitatem & tunc in illo foramine ponatur vna gutta sulfuris ardētis & dimittatur extingui in loco. Post desuper ponatur cerotum quiescat & curabitur. Et hoc est qd Auicē. dicit in quarto. Si accipitur lignum & incendatur in igne donec inflāmetur. & approximetur verucis exiccabūtur. Et totiens vna vice post aliā donec deleantur: deinde cōsequatur butyrū coctum donec cadant.

¶ De mēbris superfluis amputandis: et de corporibus mortuis seruādis. Ca. viij.

Membra siue particule sm Gal. in primo de egritudine & sinthomathe que superfluunt: aut sunt de genere eorum que sm naturam: vt sextus digit⁹ seu articulus: aut sunt ex toto genere preter naturam vt sunt botia & membra mortua & putrefacta.

Et causa superabundantie eorum que sm naturam est abūdantia materie benigne & virtutis fortitudo quod in pregnantibus contingit vt dicebatur in secundo.

¶ Causa autem superfluentie membrorum mortuorum accipitur tripliciter: vt in estiomeno fuit dictum. ¶ Cause autem mortis totius corporis sunt cause arefactionis & suffocationis sm q̄ probatum est in sciētia naturali.

Signa aūt particularum superabūdantium que sunt de genere eorum que sm naturam sunt valde nota.

¶ Signa autem membrorum mortuorum in estiomeno fuerunt dicta. ¶ Signa & examinatio hominis mortui dicta sunt in superioribus de casu & offensione. ¶ Signa autē hominis mortui ex veneno sibi administrato habentur per Gal. in sexto interiorum: dum dicit. Cum enim euchimo alicui natura & dietatio sm cōuenientem modum repentina superuenit mors qualis in aliquo delicteriorū i. venenosorum farmacorum venire consueuit. Deinde liuidum vel nigrum vel varium vel deficiens vel putrescēs statim fetet significatur q̄ venenum sumpsit. Si vero fuerit aliter mortuus est sm corruptiones que ex corpore proficiscuntur. ¶ Judicatur q̄ si membra corrupta cito nō abscindantur q̄ multiplicatur corruptio. Et si venit ad grossa ossa coxe vel adiutorij non est ingenium in curādo. vt dicit Albu. sed est mors infirmi qn relinquendus est deo & sanctis eius.

¶ Regimen digiti: aut articuli superflui.

In mēbris superabūdantibus que sunt de genere eorum que sm naturam. vt sextus digitus est canon Gal. in tertio tegni. q̄ quecunq̄ particule superabundant sm naturam causa salubris est eorum ablatio: generare autē est difficile. Et nō est mirum: resecare autem est facile & est artis decimoquarto terapē. precipue quādo est totum carnosum: maior enim difficultas est in essoso qui a iuncturis oritur: vt dicit Haliab. in nono vel quarto sermone secūde partis. ¶ Modus autem resecandi est q̄ in radice sui ortus cum rasorio incidatur et discarnetur. Et post iunctura disiungatur et ligamentum incidatur: & digitus remoueatur: & statim cum puluere rubeo & albumine ouorum sanguis restringatur: & aliorum vulnerum cura sanetur. Nōnulli vero vt Aui. facta incisione locum cum oleo feruente adurunt. ¶ Nā ex hoc vt dicit peruenit. securitas corruptiōis & exitus sanguinis & nascuntur supra incisionis locū caro & cutis fortis & dura.

Regimen in abscindendo membrum mortificatū: de quo dicunt Albu. & Auicē. q̄ si talis malitia non pōt corrigi cum repercussiuis: neq̄ cū scarificationibus: & alijs auxilijs dictis in estio-

meno: oportet q incidatur illud mēbrū vsq ad sanum: vt euadat infirmus a morte toti⁹ corporis. Maior enim est mors totius corporis: vt dicit Albu. q defectus membri. Incidatur ergo ⁊ locus abscisionis eligatur si corruptio ptingeret vsq prope iuncturā incidatur in iunctura cum rasorio ⁊ alijs instrumētis sine serratione. ¶ Si aūt non est prope iūcturam: sed elongatur ab ea incidatur supra corruptum aliquātulum in loco in quo cū tēta intromissa inuenit firmitudinem ⁊ dolorē Et serretur os cum subtili serra. Et modus est q inuoluatur membrum a parte sana: et a parte corrupta cum ligamentis: ⁊ teneatur firmiter per ministros: ⁊ separetur caro que est inter duo ligamenta cū rasorio donec videatur os totaliter a carne liberatū. Et post muniantur labia cum pāno: vt non ledatur a serra. Et tunc serretur os subtilr ⁊ perfecte ⁊ membro separato cauterizetur sanum cū ferro ignito ad hoc apto aut cum oleo feruēti: vt dictum est ⁊ ligetur: ⁊ reliqua vlcerum curatione curetur. ¶ Si autē fluxus sanguinis affuerit cū pul. ru. ⁊ albumine oui ⁊ alijs modis dictis restringatur. ¶ Nōnulli ℞o vt Theodoric⁹ medicinas obdormitatiuas vt non sentiatur incisio dictant: velut est opiū succus morelle iusquiami mandragore ederе arboree cicute lactuce. Et imbibūt in eis spongiam nouam ⁊ pmittunt eam ad solem exiccari: ⁊ quādo erit necesse mittunt illam spongiam in aqua calida ⁊ dant eam ad odorandum tantū vsquequo capiat somnū. Et ipso obdormitato faciunt operationem. Et postea cum alia spongia in aceto infusa naribus applicata expergefiūt: vel succū ruthe vel feniculi in naribus ⁊ auribus ponūt ⁊ ita euigilant cum vt dicunt. ¶ Alij ℞o dant opium ad potandum ⁊ male: precipue si iuuenis est ⁊ percipiat: qr cum magna pugna virtutis animalis ⁊ naturalis audiui q incurrerunt maniam ⁊ per consequens mortem. ¶ Ego aūt in tali membri mortificatione intercepta ambulatione corruptionis cū scarificationibus ⁊ arsenico: ⁊ ponendo defensiuū super partem sanam de bolo armeno ⁊ alijs oppotunis inuoluo totum membrum mortificatum cum sparadrapo infrascripto multipliciter ⁊ ligo ipsum ⁊ preparo suo modo: vt dicetur de corporibus mortuoꝝ seruandis. Et sic cum retineo quousq iunctura sit equiliquata: ⁊ membrum per se cadat: quia honestius est medico q cadat per se q si incideretur: semper enim quando inciditur remanet rancor ⁊ cogitatio in patiente q posset remanere.

¶ Regimen custodie corpoꝝ mortuoꝝ.

Corpora mortua ad custodiendū per aliqd tps preparent dupliciter. vno modo fm doctrinam Rasis: ⁊ cum clisteribus acutis de colloquintida baurac rub. capite existente decliui ⁊ postea erecto corpore ⁊ ventrē premendo totū stercus egrediatur. Et post cum alio clisteri de aloe myrrha acatia ramich que est galliamusc. ⁊ alipta psidia nuce cipressi nucemusc. sandali ligni aloes: cimino et alumine cum aceto et aqua ros. dissolutis iniiciatur: ⁊ anus cū cotono ⁊ stupis in eodem medicamine infusis ligetur fortiter cum multiplici binda narib⁹ quoq ⁊ auribus: et in ore argentum viuum iniijciatur: cū hoc enim custoditur q nō defluet cerebrum eius. Post hoc precipit q totum corpus cum predicto medicamine condiatur. Et vltimo dicit q cum alchitran que est pix nigra liniatur: ⁊ vult q cum ligaturis decentibus oīa foramina ⁊ omnes pori corporis cōstringantur: qd cōmunis facit vsus per istum modum. habeatur magna quantitas sparadrapi facti cum pice nigra rasina colofonia thure mastice storace gummia arabica ⁊ dragaganto ⁊ puluere iam superius dicto de quo fiat magna quātitas ad partem: ita q inuoluatur quelibet tybia per se vsq ad nates: ⁊ quodlibet brachium vsq ad humeros. Et post totum residuū corporis vsq ad totum caput: ⁊ suatur sparadrapum firmiter ⁊ suture cum pice liniantur: ⁊ brachia circa latera collocentur: et pedes fm longitudinē ⁊ inungantur. Deinde spargatur super totum corpus de puluere: ⁊ loca vacua impleantur cum stupatis inuolutis in medicamine secundi clisteris.

¶ Et postea insimul totum corpus inuoluatur cū alia quantitate sparadrapi: ⁊ suatur ab opposito suturarum sparadrapi primi: ⁊ suture cum pice liniantur: postea iterum superpuluerizetur. Et iterum cum alio panno cerato inuoluatur ⁊ suatur ⁊ liniatur: postea vero cum bindis fortibus firmissime: sicut ligant balle liget. Deinde cū sindone mūda inuoluat. Et capsa plūbea ponat bene clausa ⁊ linita cū ferro calido. In qua capsa ponāt herbe odorifere rose maiorana mēta balsamita: aut i capsa de cipsso: aut de nogerio ⁊

firmetur: et inuoluatur cum barris ferreis in quibus sunt sex anuli ad leuandum et portandum. Nonnulli vero cum corio bouino aut equino eos inuoluunt: et talis est primus modus preparandi.

¶ Scdo mō pparantur corpora mortuorū quod statim p ventrē apiunt et viscera cōia extrahunt: et venter cū puluere dicto et magna quātitate salis et cimini impleat et suat: et vt dcm̄ est inuoluatur. Et si vis viscera custodire laua et munda et sala cū p̄dictis: et in olla plumbea recondes: in capsa pone.

¶ De istis modis primus est securus p macillentis et desiccatis et tpe frigido. Secūdus magis est certus p pinguibus et vētrosis. Est tn̄ cautela Ras. quod vt corpora non inflent sup faciē suā iaceant et inuoluant. ¶ Et si venter esset inflatus est cautela quod vēter in aliquibus locis cū terebello vel grossa subula pūgat vt aquositas et ventositas valeant exire: vt dicebat Jacobus apothecarius q multos Romanos pontifices pparauit. ¶ De facie tenenda discooperta vsq ad octo dies in quibus corpora cōsueuerunt alterari et putrefieri voluit quod sepe liniant cum aqua ros. salita: aut cum balsamo de quo multa dicuntur: sed parum quātum ad hunc casum inuenio in autenticis libris: qd idem Henricus fuit atestatus. Deus aūt aīas nostras custodiat cū sue misericordie balsamo.

Doctrina secunda

De egritudinibus que non sunt pprie apata: neq vlcera: neq ossium passiones p quibus habetur recursus ad chyrurgicū: q sūt pprie vni membro habens octo capla.

¶ De egritudinibus capitis. Cap.i.

Accidunt enim capiti preter passiones cōes q̄plurime pprie vt tynea allopitia seu caluities et pilorū deformitas: de quibus est dicendum.

¶ De tynea.

Tynea fm haliab. sermone. 8. parti prime: vlcera sunt pua q i capite accidunt: quibus est vesica crustosa que spēs hz multas. ¶ Prima est fauosa de qua exit p foramina subtilis humiditas fauo et melli silis. ¶ Scda est ficosa in qua continet quoddā granis ficuū sile: et est rotūda et dura in summitate cuius est rubor. ¶ Tertia est amedosa: in qua humiditas aq̄ carnis similis egredit p foramina minora q̄ in fauosa. ¶ Quarta: ē vberosa silis mulierū vberibus mamillarū cū rubore: a qua humiditas fluit sanguini silis. ¶ Quinta est lupinosa silis in colore et figura lupinis: a qua quasi cortices et squamme fluunt albe et sicce. ¶ Et sub ista pōt cōprehendi furfurosa in qua sunt corpora subtilia furfuri silia q a capite fluūt sine vlceratione. ¶ Gal. aūt in primo meamir. nō videt ponere nisi tres spēs achorosam fauosam et furfurosam. Achor aūt vt dicit de gñe tumorū exñs subtilibus foraminibus pforatis quandā humiditatem subtilez cū pauca viscositate emittit. Appropinquat autē eis fm spēm fauosa foraminis hñs maiora humiditatem emittēs melli: qd est in fauo psilez. Furfurea vo in alio caplo quasi scalpētibus furfureis silia a cuti capitis cadunt multotiēs. ¶ Aui. vo achorū videtur vocare assafaty amedam et excoriatiuā thiriam: q pgreditur quasi serpendo p cutem: furfures quendam modum excoriationis sicce dicit. ¶ De noibus tn̄ vt sepe dictum est: non est curandum dūtaxat quod res cognoscantur.

¶ Quicqd em̄ vsus cōis hz quod tynea est scabies capitis cum squāmis et crustis: et aliqua humiditate et pilorū euulsione: et colore cineritio et odore fetido: atq horribili aspectu. Cuius gñatio est ex humoribus corruptis generatis in vtero: aut post pter maliciā vite.

Eius enim signa sunt manifesta ex dictis naturalibus et non naturalibus et cōtra naturā. Incipit aūt vt dicit Gal. vbi supra: cū mordicatione et pruritu q cogit scalpere eos: post aūt tumor crescit et foramina fm ipm consistunt. ¶ Judicatur quod ista passio est difficilis ad curandum: immo antiqua callosa et squammosa que pilos corrodit est tantum laboriosa quod Rogerius magis eam diligit dimittere q̄ prosequi curam. Et cum hoc quod curat dimittit escaram et priuationem pilorum ad opprobrium sempiternum. Et ideo vocat eam Jamerius tyneam a tenendo: q firmiter caput tenet. Uel a verme tyneali: nam sicut tynea vermis corrumpit lignum: ita tynea caput. ¶ Ad tyneaz sequitur multiplicatio pediculorum pretendit leprā. Et sic tynea modus est lepre.

In curatione tynearum duplex est intentio: et regimen: vle et particulare.

¶ Uniuersale est dicta et debita euacuatiōe

de quibus sufficienter dictum est in de apa tibus et de lepra et scabie. Nihilominus haliab. cōcedit ventosam cervici et flōiaz cephalice: si fieri pōt et venarum que sunt post aures: loco quarū sarraceni vt dicit Gordonius et verū dicit vtitur aurium scarificatione. Et purgationem cum pillulis que p aloen et colloquintidam et scamoneam assumptas cum succo caulium laudat Gal'. vbi supra.

¶ Particulare regimē duas hz intentiones prima cachochimiā et scabiem cutis capitis corrigit. scda capillos euulsos regnare.

¶ Prima cōplet in recenti fm Guil. cuz credita rasione capitis et lotione cum aqua et aceto decoctionis fumitterre bletarū et camomille: et fricatiōe cum alumine fecis vini. Et post ea cum linitione alicuius linimenti de dictis in serpigine aut in scabie: folia enim salicis in lotione obtinent principatū: vt dicit Aui. et Gal'. in de secretis ad omontheum laudat hoc vnguentum cum quo curauit multos hōies: vt dicit de tynea et scabie vlcerosa capitis et saphati et serpigine et prurītu et capillorū casu: lendibus et pediculis.

¶ Cuius forma. ℞. gallarū. ℥. iij. granorum. harmel qđ est se. cicute. ℥. ij. arsenici rub. aristol'. amborū añ. ℥. iij. salis armoniaci fuligis furni sulfuris amigdalarū amararū colloquintide radicis capparis foliorū fici et oliue: radicis canne viridis eris aluminis iameni sief memithe mirrhe aloes olibani añ. ℥. j. fellis vaccini alchitrā qđ est pix nigra añ. ℥. j. et ß. terantur medicine et cribellentur et conficiantur cum aceto vini donec fiat sicut vnguētuz et ponatur ad solem donec misceantur: deinde liniatur caput cum eo. ¶ Aliud experimentum est ad achoros et fauum in de facili acqsibilibus a. G. ℞. lithargirij. ℥. xvj. foliorū ruthe. ℥. viij. stafisagrie. ℥. iij. vitrioli. ℥. ij. confice cum aceto et oleo mirtino. Et si in isto medicamine adderetur chimolea et charta combusta in libro meamir placeret Gal'.

¶ Carens ego inquit aliqñ in egro: eo q p chartam pharmacho videns in domo patientis chartam inutilem petij lucernam: deinde cōburens chartam et pmiscens cū aceto vnxi patientis particulaz pcipiēs hoī venire ad me sequenti die. Nouerā enim quia dure carnis erñs toleraret pharmacum. Cūqz venit et paulominus esset curatus transire qdē ad aliud pharmacum non putaui fore necessarium. Illo eodem consulens sanum pfecte vidi factum sequenti die. ¶ Gordonius aūt ad hanc passionem dictat istud vnguentum: in quo ego magnam inueni efficaciam ℞. ellebori albi et nigri sulfuris viui attramēti auripigmenti lithargiri calcis viue vitrioli aluminis gallarum fuliginis cinerum clauellatorū ana. ℥. ß. argenti viui extincti viridis eris añ. ℥. ij. fiat puluis qui incorporetur cum succo borag. scabiose fumiterre lapacij acuti aceti ana quartam. j. olei antiqui lib. j. bullitis vsqz ad succorū consumptionem: et tunc in fine decoctionis ponatur puluis: et pijciendo picis liquide. ℥. ß. cere. qđ sufficit. fiat vnguentum qđ pculdubio curat oēm tyneam et scabiem et malum mortuum. ¶ Et vl'r omnem cutis infectionem: quare in honore vt dicit debet haberi et verum est.

¶ Si vero tynea fuerit furfurosa pcedit Gale. in de facili acqsibilib' lauare caput cuz aqua salsa vel cum decoctione lupinorū: vel cum succo portulace vel blete vel cucumeris siluestris: et postea inungere cum oleo stafisagrie. Et gumma et sapore ruthe aggrestis laudatur ab Aui. et oleum ros. cum aceto ab hali. Ras. aūt dicit furfures remouentur cōtinue radendo caput et singulis noctib' inūgendo: et de mane cum aqua calida lauando q si non sufficeret cum farina ciceris et se. altee et aceto tribus lauetur diebus. ¶ Ablutio fortis sic fit. ℞. farine ciceris. ℥. c. farine fenugreci furfuris tritici baurach panis nitri albi contriti sinapis oīm ana. ℥. xv. altee. ℥. x. misceantur oīa cum aceto et aqua et fiat lauamentum de quo semel in hebdomada caput lauetur. ¶ Antiqua vero et dura tynea: fortibus indiget medicaminibus: scarificetur ergo fm consilium hali. cum ferro donec sanguis exeat. deinde cuz farina lupinorū cocta cum aceto cathaplasmetur: aut cum epithimate de cantaridibus. qđ. ℞. cantaridarum ℥. j. sulfuris. ℥. ß. corticis nuc'. ℥. ij. sinapis mirrhe: ana. ℥. j. mellis et aceti quod sufficit: fiat emplm et stet per vnum diem. Et postea per quatuor dies cum folijs sicle et caulium calefactorū caput inuoluatur quousqz aquositas sit bene mundificata et fetor sit amotus: et claritas in carne et cute appareat. Et si malicia pfundaretur cum aliquo corrosiuo caro putrida consumatur et mundificetur et consolidetur. ¶ Rogerius vero et sui glosatores et Jamerius curant anteqz tyneam euellendo pilos cū psilotro aut cuz capello piceo: aut cuz pice cherol' et lotione cum aceto et aqua marina aut cum vrina pueri. ¶ Deinde mundificata cute Rogerius ponit istud vnguentum ℞. adipis vrsi adipis vacce. ana. ℥. j. sterco:

ris muris.ʒ.ß.pomoꝝ cedri quem iuniperū vocat.ʒ.ij.aranearum adustarū.ʒ.j.picis liq̄ de olei lucerne:qḋ sufficit fiat vnguentum. ¶Jamerius ad idem.℞.axungie antiq̄ porci dissolute cum aqua acetose lib.j. olei cōis picis liquide.ana.lib.ß.succi abrotani succi menthe sarracenice:succi fumiterre lapacij eruce mercurial'.aā.ʒ.j.aluminis vitrioli gummi edere cōbuste fuliginis salis tosti.tartari aloes aā.ʒ.ß.pistādo in mortario fiat vnguētuꝫ. ¶Si aūt p se vel ex acuitate medicaminū efficeretur in loco arsura:ꝛ dolor mitiget cum oleo ros.aut mirtino:aut cum vnguēto qḋ ꝯn̄r describit appolonius:vt in p̄mo meamir narrat Gal'. Cotilam olei optimi infunde in olla plumbea cum coclear plūbeo tere)quousq3 grossum fecerit ꝛ subnigrum:deinde seorsum teres lithargiri lib.j.ceruse tātūdem:ꝛ misce in oleo ꝛ pistando fiat vnguētum.summe em̄ mitigat. ¶Et si corrosiua ꝛ si cancrosa:ꝛ si quid mali morigerati habuerit ꝛ non solū in capite:sed in mano sclopidibus ꝛ scissuris:ꝛ vl'r oibus doloribus vlcerosis:sicut ēt dictum fuit supra de vlceribus ꝛ morbis confert.Et ita completur prima intētio. ¶Secunda autē intentio que est capillos generare cōpletur cū attrahētibus bonam materiam:ꝛ congregantibus eam in loco:sicut dicetur in proxima rubrica.

¶De allopitia ꝛ caluitie atq3 casu capillorum.

Passiones capilloꝝ fm Gal. in p̄mo meamir. sunt totalis depditio ꝛ coloris mutatio sicut in lepra ꝛ allopitia.Et vt bene videant:causę istarū passionum vult Gal'.14.terap̄.ꝙ dicant cāe gn̄ationis piloꝝ. ¶Pilus aut ē est vapor cutis siccus a corpore resolutus: et p poros cutis exiēs ab aere desiccat⁹. Gn̄atio aūt piloꝝ fm Gal'.vbi supra est sicut eorū q̄ de terra pdeunt:sicut in monumentis de crasibus monstratum est.

¶Cause vero piloꝝ quatuor sunt vt a scđo de ꝯplonibus accipit schola cōis mōtispessulani. ¶Causa efficiēs est calor naturalis nō multū excrescēs materiam in vaporē resoluens. ¶Causa materialis vapor ip̄e siccus. ¶Causa formalis cutis debita porositas. ¶Finalis vero cā est decor ꝛ vtilitas. ¶Ex quibus pōt apparere qui vult bene specularí:quare mulieres ꝛ eunuchi nō hābēt pilos in barba:ꝛ quare non fiunt calui. Et quare facillime cadūt in senib⁹ debilibus ꝛ cōsumptis.Et quare in aliq̄bus crispant ꝛ colorib⁹ diuersis colorant. Et quare in aliquibus locis hn̄t determinatū augmētū ꝛ multa alia pbleumata q̄ de pilis consueuerunt dici.

¶Ex p̄dictis ēt pn̄t apparere cāe passionū p̄dictarum.Nam vt ait Gal'.vbi supra sicut plantarū humiditates:q̄dam indigentia corrumpunt desiccate:q̄dā vero humiditatib⁹ extraneis earū nature approximantes eodē mō pili:vel pֶpter indigentiam humiditatū a q̄bus nutriri nati sunt:vel pֶpter prauitatem corrūpi accidit:pֶpter indigentiā autem humiditatū fit caluitiū:pֶpter prauitatē allopitia.Et Aui.addit ꝙ pֶpter laxitatē pororū cadunt capilli ꝛ pֶpter strictionē excessiuā nō veniunt factam a frigore excessiuo aut ab vlceꝝ p̄teritoꝝ vestigijs. Allopitia em̄ dr fm Gal'.a vulpibus q̄bus ista passio ꝯsueuit venire.Sicut tiria a pcessu p cutem similē serpenti per terram dr.

Signa aūt allopitie sunt satis manifesta.sed humores corrupti peccantes significant p colorem ꝛ corporis habitudinem ꝛ regimen p̄teritū.Judicat ꝙ depilatio naturalis vt caluities ꝛ ibarbatio eunuchoꝝ ꝛ mulierū aut accidētalis a cōsolidante ꝛ cicatrizāte cutē:ꝛ illa q̄ nimis est antiquata.ꝛ illa que est in cōsumptis ꝛ ethicis:vltra scđam spēm non curatur:ꝛ in talib⁹ em̄ mala cōplexio est adequata.

¶Judicat p hyppoc.in.6. affoꝛ. ꝙ q̄cunq3 calui sunt his varices magne non innascūtur. ¶Quibus vero caluis exn̄tibus varices magne innascuntur rursus capillati fiūt. Et 6.affoꝝ verificatur in caluitie impropria q̄ est allopitia:que ex corruptis fit humoribus p transpositionē materie ad inferiora. Non aūt in caluitie propria q̄ fit pֶpter indigētiā materie.Quis em̄ inq̄t ignorat insanabilem passionē caluitiū existere:quasi dicat null⁹. ¶Amplius eunuchi non fiūt calui neq3 blesi:pֶpter multitudinem humiditatis cerebri eorum vt dicit Aui.

¶Rursus iudicatur per Gale.j. meamir. ꝙ si per fricationem locus depilatus non rubeat nulla est curationis species.Si autem rubeat q̄to velocius rubescit tāto velocius curatur:qḋ etiam dixit Aui.

In curatione allopitie duplex est regimen.vl'e ꝛ particulare.Vl'e est in dieta ꝛ euacuatione iuxta naturam humoris peccātis

de quibus sufficienter fuit premissum i cura tyneaꝝ. ¶ In spāli aūt iubet Gal. in primo meamir. ꝙ post purgationem totius apophlegmate.i.a phlegmate caput purgare cū caputpurgijs ⁊ gargarismatibus factis cū deponentibus phlegma: velut sunt pille dyacostorec dissolue cū aqua maiorane.

¶ Particulare vero regimen hꝫ duas intentiones: vnā cachochimiā cutis capitis corrigere. Aliam trahere sanguinem benignum ad locum: ⁊ eum in pilos conuertere.

¶ Prima cōplet̄ ſm duas diuersitates ipaꝝ in recenti q̄ adhuc est in principio ſm Gal. 14. terap̄. ꝓhibendo materiam ne recipiat̄ in loco. Et alterando locū ne eam attrahat neq̄ cathetizetur vel cathaplasmet̄ cum domesticis repcussiuis qualia conueniunt i simplici casu capilloꝝ: iuxta doctrinā hebē Mesue ꝙ ꝑlauto capite: aut loco cū aqua decoctionis roſ. mirrhe ⁊ capilli ve. radatur: dein de epithimet̄ cū hoc. ℞. succi extremitatum mirrhe: succi oliuarū siluestrium ana. ℥. ij. ro. siccarū. ℥. ß. absinthij. ℥. ij. bulliant hec oīa in lib. ß. aceti vsq̄ ad consumptionē medietatis. Deinde cola ⁊ infunde in eo dum erit cal'm laudani. ℥. ij. ⁊ dimitte ꝑ duos dies: deinde infunde sup ipsum oleum mirtinum et vinū stipticū donec in suba mellis redigatur deinde aromatizetur miscendo ibidē alipte muſ. gallie muſ. aā. ʒ. j. ꝯfice ⁊ fac linimentū de quo inungat̄ ꝑ tres dies. Postea laua: et pāno aspo exicca: deinde redi ad inūgēdū vsq̄ dū appareat sanitas. Et istum ꝓcessum ad casū capilloꝝ ⁊ initiū caluitiei approbauit Gal. in primo meamir. dum dicit.

¶ Manifestum aūt ꝙ opꝫ p̄cedere remotionem oīm piloꝝ ⁊ fricationem: ⁊ postea inūgere cum tali qđ hꝫ virtutem attractiuam ⁊ cōgregatiuā cōmoderate. Quocirca neq̄ acceptaui neq̄ excogitaui melius esse pharmacum in casu capilloꝝ q̄ȝ id qđ est mixtum ex laudano ⁊ lentiscino. Et si raritas esset in cā non esset ineptum mirtinū ꝓ lentiscino miscere laudano. Miscebat aliq̄n ⁊ nardinū in estate frigida ⁊ hora hyemali: immo Gal. attestatur ꝙ allopitias incipiētes multotiens sanant purgationes absq̄ aliquo locali medicamine. Et ad hoc allegat curam quā in illo iuuene exaratore fecit. ¶ Raſ. aūt ad istā intentionē. ℞. capilloꝝ ve. folioꝝ mirte cortices pini absinthij assatoꝝ vt teri possint aā. partē. j. laudani partes. ij. mirrhe. ꝑtē. ß. illi⁹ thuris partes. iij. illius: pulueriȝatis rebus cū oleo raphani ⁊ vino veteri misceant̄: ⁊ fiat linimentū de quo in nocte epithimetur: ⁊ de mane caput lauet̄. hoc em̄ caluitiū sanat: vt dicit. ¶ Ad idē archigenes vt narrat i meamir Gal. ℞. granoꝝ iuniperi laudani absinthij capilli ve. ana. ꝑmisce omnia cum vino ⁊ oleo mirtino: ⁊ dimitte quinq̄ diebus. Deinde coquantur vsq̄ ad vini ꝯsumptionem: ⁊ cola ⁊ vnge caput ⁊ laua.

¶ In antiqua vero ⁊ q̄ transiuit principium opꝫ euaporare ⁊ resoluere cachochimiā anteq̄ ad cathesiā ducat̄ cutis vt dicit Gal. in 14. terap̄. ⁊ in primo meamir. non cū quibuscūq̄ calis: sed cū moderate calis ꝙ non exiccetur neq̄ cōburatur cutis. Et cū hac subtili ꝑte osse cōgruit illud qđ dꝫ vsq̄ ad ꝓfundū mergi: in quo est principiū radicis piloꝝ.

¶ Et ad hanc intentionē raso loco ⁊ planato cū aqua decoctionis camomille aneti et sticados elegit ipse in meamir: tapsiam nō antiquā sed recentē quā Aui. videt̄ appellare gūma ruthe aggrestis: ⁊ dicit sequēdo Gal. ꝙ est radix in isto caplo: dūtaxat ꝙ frangat̄ calitas eius cū oleis temperatis: vel vt dicit Gal. ꝙ est sabinū ⁊ sisamīnū: aut antiquum onfancinū. Post vero tapsiā eligit Gal. sinapim ⁊ nasturciū ⁊ sulfur ⁊ spumā maris ⁊ nitrum ipm̄ molle adustū ⁊ elleboros ambos: ⁊ semē erucе: ⁊ oleū laurinū ⁊ radicē arūdinis ⁊ corticem vtraq̄ combusta: ⁊ picem liqdam ⁊ cedream ⁊ stercus murium ⁊ ad pem vısi.

¶ Et Rasis vult ꝙ cum cadunt pili capitis vel barbe: locus cum panno aspero fricetur cum cepis vsq̄ ad incensionem ⁊ ardorē loci. Et die illa ⁊ nocte sic dimittatur in mane similiter regatur. Et si loc⁹ ampulauerit vngatur cum adipe anatis vel galline. ⁊ nō fricetur aliquibus diebus. Et si tunc pili nasci inceperint. radatur sepe ⁊ fricetur cum panno aspero qualibet die: ⁊ oleo isto inūgatur. ℞. aque decoctionis capilli ve. camomille libram vnam olei de been lib. ß. coquantur ad consumptionem aque ⁊ oleum vsui reseruetur. Et ad eandem intentionem ipse facit epithima ad allopitiam mirabile. ℞. spume maris drachmas decem baurac sulfuris quod non tetigerit ignis: gumme ruthe aggrestis euforbij. ana. drachmas duas stafisagrie cantaridarum. ana. drachmam vnam permisce ea cum fece olei antiqui ⁊ line ex eo post fricationem. Et si locus ampullauerit fiat vt supra. ¶ Et si cā eēt cal'a vult Gordonius ꝙ ꝓcedatur cum corticib⁹ amigdalarū auellanarū nucū stercoris capzarum assatis pulueriȝatis: ⁊ cum melle ⁊ aceto in

forma linimēti cōfectis precedente rasione ⁊ fricatione. ¶ Et si predicta non sufficiunt ad medicandum cutem iubet Aui. q̄ si post fricationes dictas cum pāno aspero ⁊ cepe loc⁹ nō rubet q̄ apponant̄ sanguisuge ⁊ ventose ⁊ scarpelletur locus cū acubus pluribus: ⁊ totiens iterentur auxilia donec videris per resolutionē ⁊ hilaritatem cutis sanitatem loci. Et tunc cessandum est ⁊ trāseundum ad secūdam intentionem. ¶ Scd̄a aūt intentio completur cum medicamine filigy: vt dicit hebē Mesue qd̄. ℞. carniū limaciarū sanguisugaruz ⁊ apum ⁊ vesparū et salis vsti. aā. partes equales pone in vase vitreo habente foramina multa in fundo ei⁹: sicut cribratoriū: ⁊ pone sub eo aliud vas vitreū sine foraminibus ⁊ manebit post diem humiditas q̄ cōieruet in vase: ⁊ hinc locum cum ea post fricationez facit eñ pilos nasci ⁊ curat caluitium.

¶ Ad eandem intentionem Ras. ℞. cineris abrotani. ʒ. x. veterū cantaridarū. ʒ. ij. laudani. ʒ. iij. auellanarū combustarum. ʒ. ij. galliemus. ʒ. j. terant̄ cuz oleo veteri: ⁊ post fricationem inungatur locus. ¶ Ad idez Eraclitus tarentinus fm q̄ narrat Gal. in primo meamir ad allopitias diurnas post fomētationē rasionem ⁊ fricationem cuz frondibus ficus ⁊ nitro quolibet die vngebat cum illo. ℞. extiorā marinorū cum testis suis gallarū amigdalarū amararuz piloꝝ vrsi adyanti radicis amigd. frondium fici omnisi adustorum. aā. ʒ. ij. stercoris muris. ʒ. j. cum aceto ⁊ cedra et adipe vrsi miscendo fiat linimentuz. Et in sequentibus laudat mures adustos ⁊ cortices vitis adustas cum melle incorporata. Et cuz hoc dicit q̄ cortices auellanarum aduste linite cum melle faciunt allopitiam desistere in decem diebus. ¶ Ad candē intētionē in cartolario fuit probatum istud. ℞. succi calcidarum. ℥. j. pul. sanguisugarum adustarū lacerte viridis aduste viride eris. ana. ℥. ß. puluis talpe combuste puluis solearū combustarū. fetarū porci adustarum. aā. ℥. j. mellis qd̄ sufficit ad incorporandum in forma vnguēti et inūgat̄ locus singulis noctibus ⁊ mane quolibet lauet̄ cum vino albo ⁊ melle.

¶ De canitie ⁊ piloꝝ mutatione ⁊ tinctura.

Canities est piloruz

dealbatio. Intelligēdū tñ q̄ lz duplex sit canities naturalis ⁊ inaturalis: hic tñ non agit̄ nisi de inaturali que preoccupat senectutez. ¶ Cuius causa imediata fm Aui. est abūdātia phlegmatis aquosi putrefacti generati ex rebus debilitātibus calorē naturalem vt sunt egritudines longe ⁊ diuerse. Et stomachi malitia ⁊ angustie fortes: ⁊ nimia capitis lotio, ⁊ coopertura excessiua.

Signa canitiei sunt

satis manifesta. ¶ Iudicatur q̄ canities est mala ⁊ suspecta. Naz videt̄ q̄ mors capitis vexillum suū applicauit: vt ait Gordonius.

¶ Iudicat̄ etiaz per Gal. in primo meamir. q̄ ꝑpter indoctas denigrationes capilloꝝ cū medicinis cōibus: que vt plurimū sunt frigide ⁊ stiptice nō solum vidit in piculo venire multas mulieres: sed etiaz mori. Propterea eñ q̄ capita earum infrigidātur: aliquādo quidez in appoplexiā ⁊ epilesiā: aliqñ in maximis catarris occupantur: vt ⁊ patiatur pulmo ⁊ ptisis ex eo sequatur.

In curatiōe canitiei

duplex est regimē: vniuersale ⁊ particulare. Uniuersale est dieta ⁊ euacuatiōe phlegmatis et custoditiua ne generet̄. De qb⁹ fuit dictuz satis i de apostematib⁹ phlegmaticis supra. Triffera aūt sarracenica ⁊ mirabol. vt dicit haliab. in fine tegni: in retardāda canitie ⁊ senectute obtinet principatū. Uerū Aui. cōsulit q̄ ꝑ annū integrū sumātur: et post acceptione tardet cibū vsq̄ ad meridiez. ¶ Particulare regimē stat in duobus. primo q̄ ꝑparent̄ pili ad recipiendū tincturā. scd̄o q̄ det̄ eis tinctura. ¶ Primū cōplet̄ fm Gordoniū: q̄ pili lauent̄ multis diebus cū lixiuio cinerū troncoꝝ caulīū in quo sit alumē dissolutū: hec enī ablutio tōne aluminis ꝑparat pilos ad recipiendū oēm colorē. ¶ Ad istā eādez intētionē dicit Aui. q̄ radix alcāne ⁊ indicū sunt radices sup quas aggregātur hoīes in tingēdo vel ad denigrādum vel ad fluum.

¶ Scd̄m cōplet̄ cū ad colores appropriatis.

Denigrantia capil:

los sunt fm Gal. in primo meamir. Cedrea cum oleo et sine oleo in frigidis et humidis. Uerū in ptibus suis asic dicit q̄ mulieres rustice montane addūt picem liqdā et inungūt radices piloꝝ. Hec eñ farinaca ita denigrāt q̄ non nocent: habēt etiā cum stipticitate aliquā subtilitatem qua profundātur ad radices pilorum. ¶ Et cum hoc dicit q̄ fm verba Archigenis nigrificant capillos radix capparis cum lacte mulieris aut asine: vsquequo

tertia pars p decoctionē sit ꝯsumpta i nocte cathaplasmata. Et istud est melius fm Aui. vel vrina camis conseruata in quinqꝫ vel sex dieb⁹: vel corticis pruni cocte ad mellis spissitudinem: vel illud nigrum qđ est in medio papaueris rub. cum oleo mirtino mixto cuꝫ quibus vngat cathaplasmet. ¶ In de facile acq̄sib: lib⁹ addit ꝙ oleū agitatū cū plūbo in vase plūbeo: repositū i plūbo cū q̄ mūgat est bonū. ¶ Ras. aūt ad hoc dictat ꝙ galle ad quantitatē lib. fricent in oleo ꝛ cū oleo cocto ꝛ alcanne ꝛ dragaganti ꝛ ere vsto ꝛ sale gemma fiat linimentū de quo liniat caput ꝛ barba prius lauta cū aqua cal'a: ꝛ cuꝫ manibus exiccata: ꝛ vt non desiccet cū folijs blete vel sambuci: vt dicit haliab. coopta p sex horas dimittatur ꝛ postea lauetur: est em̄ optimuꝫ ad canitiem denigrandam. ¶ Aui. vero cōponit olea ad denigrandum ꝛ ꝯseruandum de mirabolanis nigris ꝛ eblicis ꝛ gallis partes. x. laudani ptes. xx. folioꝝ mirte ꝛ granorum eius partes. xxx. ponant p tres dies in tribus libris olei. Deinde coquant donec ingrossentur ꝛ fricentur cū eo capilli: subsequēter dicit ꝙ quando ponitur in tinctura pōd. ʒ. i. gariofilorum denigrat valde ꝛ prohibet maliciam eius a cerebro.

¶ Facientia capillos flauos.

Consequenter narrat Ga. vbi supra ꝙ fm Archigenem flauos faciunt capillos lupini crudi cū aqua nitro liniti. Sed flauos ꝛ crispos faciunt lotio cum spuma nitri ꝛ mirta. Et radix affodilloꝝ cocta cū mero. ¶ Rasis vero dicit ꝛ aui. cum eo: ꝙ fiat lixiuiuꝫ de cineribus sarmentoꝝ ꝛ temperentur cuꝫ eo per noctem vnam lupinorū tritorū. ʒ. x. mirrhe. ʒ. v. alcanne assate. ʒ iij. postea coletur: ꝛ ex hac aq̄ caput lauet: supple cuꝫ vino qđ totiens est faciendum quousqꝫ sint ruffi.

¶ Mulieres montispessulani ponunt flores de stichados in lixiuia ꝛ genestre. Bonoñ. rasuram buxi ꝛ corticem citri. Parisien. radices gentiane ꝛ radices berberis ꝛ florem cardamomi.

Mundificantia caput sunt lixiuia propinꝫ de cineribus sarmentorum et cineribus clanellatorum: ꝛ cum albuminibus ouorum ꝛ cum sapone.

¶ Est em̄ sapo duplex sarracenicus qui est mollis: ꝛ gallicus qui est durus. Sarracenicus fit ex duabus partibus capitelli. ꝛ tertia olei oliuarū. Gallicus fit ex duabus ptibus capitelli ꝛ vna sepi arietini. Capitelluꝫ autē fit ex duabus partibus cineruꝫ stipticum fabarum: ꝛ tertia calcis viue: ꝛ infundatur in aqua ad modum lixiuie ꝛ coletur: et qđ distillabit est capitellum.

Auferentia capillos fm Cironem narrat Gal'. vbi supra. arsenici coloris aurei qđ est auripigmentum citrinum calcis viue. añ. ʒ. j. amili terre vocate a latinis selmisse qđ est spuma argenti. ʒ. ß. terantur ꝛ incorporentur: cum aqua ꝛ bulliantur. Signum aūt pfectiōis est si pēnā imposueris ꝛ depiletur. ¶ Ras. autē in aqua in qua calx p sex dies de tertio in tertium remouendo calcem infusa fuerit incorporat arsenici citrini sextam partem: ꝛ tādiu in sale admittatur donec pēna immissa depiletur cū extrahetur: ꝛ cum illo loca depilāda fricare pcipit ꝛ depilantur. ¶ Aui. sumit calcis viue ptes duas arsenici tātūdeꝫ aloes modicū liniant cū aqua calida: abradit enim statim. Est vt psilotrum meliorem odorē habeat modicū ponatur cum eo de gallia mus.

¶ Usus cōis aufert pilos vno de quinqꝫ modis: vt dicit henricus. primo resecando cum forpicibus. scđo radendo cum nouaculis. tertio eradicando cū pincecariolis: aut cum digitis. quarto cū pice nauali in digitis aut in panno applicata. quinto cū psilotris dictis.

¶ Et modus psilotroꝝ est ꝙ sint in stuffa: ꝛ post longam fomentationem cuꝫ aqua cal'a dum psilotrū erit calidum ꝛ spissum sicut linimentum applicetur sup locū: ꝛ stet per spacium dicendi miserere. Et si satis est quod cognosces: quia trahēdo pilos depilabitur leuiter fricando ꝛ lauando aqua calida remoueantur pili. Et post locus cum oleo rof. inungatur aut aqua frigida. Et si loc⁹ eēt excoriatus cum vnguento albo curetur.

¶ Prohibentia pilos renasci radicitus euulsos.

Componuntur aūt pdicta pharmaca fm rōnem vt dicit Gal'. vbi supra p leporē marinū ꝛ p ranas q̄ in viridibus stagnis pascitur: ꝛ cū sanguine tortuce marine ꝛ vespertilionibus ꝛ oua formicaꝝ ꝛ gūmi vitis al. atqꝫ brionie ꝛ vitice ꝛc. Auicē. vero ꝛ Ras. ad hoc scribūt iusq̄amū ꝛ opiū psiliū cocta cū aceto. Et chimoleā ꝛ cerusam plūbi equalr alumis

mediam partem trita cum aqua iusquiami albi: nonnulli vero laudant limaturam ferri coctam fortiter cum aceto.

¶ De dispositionibus faciei et partium eius in se continens quatuor partes.

¶ Pars prima de vniuersali faciei decoratione. Cap. ij.

Dispositiões q̄ in facie apparet: q̄dā sunt naturales: q̄dā p̄ter naturā: naturales indigent ꝯseruatione si pulchre sunt: et decoratione: si turpes velut esset albedinē custodire et albiorē facere et rubicūdiorē si licitū fuerit. Que vero p̄ter naturā indigent correctione velut est pustulatio et maculatio et suppilatio. Et hoc intendebat Gal. dicere in primo meamir: qñ ponebat drīam inter comaticā et decoratiuā partē medicine. Non tñ oīa in oībus: sed certa in certis vt dicebat magister Raymundus de moleriis in mōtepessulano. Naȝ lȝ decoratiua curatiua sit licita: comatica vero non est licita nisi gr̄a honestatis. vñ Gal. vbi supra. Quecūq; i delitijs existentes decorant seipsas. Nulli earū deprecanti aliquod dare sibi pharmacū dedi. Quecunq; vero honestiores fuerint et signa senij et turpiditatis effugiebant a suorū maritorum molestijs eripi desiderantes aliquibus consului vti.

¶ Ad decorandum et faciendū colorē bonuȝ.

Color aūt corporis f̄m Gale. in primo affo. in translatione arabica auctoritate hyp. dn̄antia humorū ondit: si nō in pfundo occubuerit: ppter qd est itelligēdū q bonus color et floridus est ab humoribus bonis sanguineis tractis ad cutem. Color aūt malus a malis humoribus vt niger a mlīcis. Albus a phlegmaticis citrinus vero a cholericis. ¶ Cause aūt extrinsece adiuuant ad mutationē coloris vt f̄m Aui. calor adustiuus et dimissio balnei et vsus aceti et malaruȝ aquarū ad nigredinē frigus et coitus et tristicia et egritudines lōge ad albedinē. Et comestio rerū citrinarū vt cimini ameos et rerū salsarū ad citrinitatē. Et ppter hoc vocat Joānes de sancto amādo: iuxta doctrinā Aui. q q̄dā faciūt bonū colorē sumpta interius. q̄daȝ vero apposita exterius. Ab intra vero q̄dam faciūt hoc: q: gn̄ant bonū et subtilē sanguinē: et oua sorbilia et brodia bona et carnium vinūq; aromaticūq; et cibi bone sub e. Quedā aūt q: sanguinem spargūt et dilatāt ad exteriora: sicut ficus pip. gar. et croci modesus vinus: q̄dā q: sanguinē mūdificāt velut trifera minor et mirabol. et id genus. ¶ Que aūt exterius posita faciūt bonū colorē: faciūt hoc cū attractione et abstersiōe: et sunt linimēta et ablutiones accepte ex faria fabarū excorticatarū et cicerū orobi ordei frumēti amidi rizi et ꝯsiliū. Ex quibus Ras. hali. et aui. et azarani tales ꝯsueuerunt facere Sōmeras. ℞. farine cicer. fabarū ordei amigdalarū depuratarū dragaganti seminis raphani añ. distēperent cū lacte: et de nocte facies epithimet: et de mane cuȝ aq̄ calīa decoctionis violarū siccarū: aut furfuris lauet. Et si adderet cū illis radicis sicce lilij mastici et yreos atq; iarri. Et q fierēt trocisci q̄ distēperarent cū lacte i necessitate esset, vtile valde. ¶ Ad idē aui. ℞. saponis li. j. armoniaci lib. s. resoluant in trib. libris aq̄: deinde pūciatur desup thuris masticis nitri añ. ℥. s. mellis. ℥. viij. terantur oīa in vase vitreato vehementer et administret de nocte. ¶ Ad ideȝ Theodoricus facit pulchrā dealbationeȝ: preparet cerusa sic. distēperet cū aqua limpida p mēsem ad solē calīm ipam quolibet die colando et aquā renouādo: et in fine dimittatur exiccari. Et talis vocat cerusa dealbata et preparata de qua. ℞. ptes. v. margaritaruȝ cristalli vitri boracis. añ ptē. j. cāphore sarcocolle mirrhe clare argēti viui sublimati. añ. mediā ptē vni. terant subtilissime et molliantur supra lapidē marmoreū et incorporent cū aq̄ ros. et fiat puluis aut trocis. et fuerit: et qñ erit necesse distēperent cū oleo de tartaro: et post liniant. ¶ Ad candē intētionē est vnguētuȝ citrinū et multa vnguēta q̄ fiūt cū tela captorum et p inguedine colūborū. Sed q: malum inferūt odorē dimittunt. ¶ Modus aūt decorādi est q facies primitus stuffet: deinde lauet cū sapone dissoluto in aqua tepida. Et si illa aq̄ eēt de floribus fabarū aut lilij: aut nenufar. sambuci: aut viticelle: aut lactis distillata eēt melius. Deinde exiccet postea liniatur cum aliquo pdictorū et dimittat p noctē: et in crastinū lauet cū aqua furfuris aut violarum: et stet medicū facies cū pāno cooperta. Et post si volueris colorare poma maxillarū liniant cū aqua aluminis in qua modicum de rasura brasilij sit tēperata. ¶ Qñ aūt remouent pili et phibent q renascantur; et quō re

inueniuntur morphee serpigines et asperita-
tes dictum est supra.

Ad maculas lentigines et pannū remo-
uendū liniat facies cū oleo de tartaro et de
frumento aut cū aqua gallicana quaʒ ponit
henricus. ℞. tartari calcinati lib. j. masticis. ℥.
j. caphore. ℥. ß. pistent cū albuminib⁹ ouorū:
et ponant in alēbico et sicut aqua ros. distille-
tur. ¶ Ad idē dyaqlō Aui. decoquat lithar-
giri. ℥. j. in olei antiq. ℥. ij. donec dissoluantur
deinde sumat muscillaginis fenugreci: mu
scillaginis sinapis añ. ℥. ij. bdeli et mirrhe añ.
℥. ß. pīciant sup lithargirū et oleum cocta et
agitata vehemēter: et fiat de dyaqlō. ¶ Lac
aūt virgineū qd fit de lithargiro in aceto al-
bo tēperato et cū filtro distillato cū aqua sal-
sa mixto est optimū in hoc casu. ¶ Ras. vor
aui. dicūt q si accipiat argētivum. ℥. j. amig.
℥. iij. et terant vltima mollitione donec nihil
appareat de argētovivo: deinde piciat sup
eo tātūdē de se. mellonū trito valde: deinde
facies liniat cū eo oi nocte p septē dies: et in
mane lauet cū aqua tepida. Non est ei par
in mundificando supradicta. Si vero cum
istis non curent ad caplm de morphea sunt
remittendi.

Ad sanguinem mortuum et liquorez
in facie et in aliis locis Laudat Gal. in qnto
meamir piriationē cū spongia infusa in ace-
to mixto cal'o qd laudo in principio. Deinde
laudat decoctionē anisos et ysopi cū lacte et
vino. henricus vero dicit q si cū succo radicꝭ
nappe aggrestꝭ misceat modicū de aloe epa
tico. Et liniatur locus ter vel quater in die
infra duos dies curatur. ¶ Rasis tñ in loco
vulneris vbi nec dolor: nec calor post per-
cussionem remanserit loco folia caulis vl ra-
phani seu mentastri qd melius est supponā
tur. Et locus si non curatur cū arsenico citri
no et lapide lazuli et thure et armoniaco linit
cum succo coriandri: aut apij multis vicibus
epithimetur. Et absinthium cum melle est
optimū fm. Aui. aut fm Dinū. ℞. succi ma-
iorane arsenici citrini olei camomille cere.
añ. partes equales fiat vnguentum.
¶ Et dyaquilon etiam laudatur: cōiter tñ lo
cus fomentetur cum aqua decoctionis ros.
fenugreci et emplastretur cum panno infuso
in vino: aut cum farina fabar cocta cum oxi
melle. Et ad citius expediendū ponit cerusa
cum aqua ro. aut vnguentum album.

¶ Ad variolas et ad cicatrices ipsarum.

Ad variolas duplex reperit regimē. Vlc de
dieta et euacuatiōe qd ptinet phtisicis.
¶ particulare qd est quadruplex. Primum
quo extrahunt extra vt materia mala nō re-
maneat intra. Scdm quo pseruant membra
aliqua extrinseca vl intrinseca: q ppter ipas
pclitant. tertiuz quo pustule rūpant postq
sint mature. Quartum quo cōsolidentur vt
non remaneant vestigia mala. ¶ primū cō-
pletur cū quibusdam potionibus que fiunt
de lenticulis et ficubus et croco: et cum inuolu
tione panni rubei et cautela: a frigore et vēto.
¶ Scdm completur quantum ad oculos cū
collirio aque ros. et croci: quantum ad nares
cum aggresta et aqua ros. quantum ad gut-
tur cum dyamoron: quantum ad pulmonem
cum diagraganto: quantuz ad intestina tro
cisci de spodio et id genus. ¶ Tertium cōple
tur q pustule rumpant cum forpicib⁹ remo-
uendo modicum de pelle ne recludantur.
¶ Quartum q non scalpent se. et sinapizent
cum farina lentium fabarū lupinor, orobi li
thargiri cerusa et aloes. post desiccationem
vnguatur cum vnguento de lithargiro et ce-
rusa cathima facto cum oleo de lilio: et axun
gia asini aut galline. Et cum isto Ras. ℞. li
thargiri nutriti radi. arundinū ossium vetu-
storum farine ciceris rizi seminis mellonum
mundator been costi. añ. hec oia cuz muscil
lagine fenugreci et fenu. lini commisceantur.
Et ex his facies epithimetur.
¶ De cicatricibus vulnerum in loco vulne-
rum carnosorum dictum est supra.

¶ De gutta rosacea et pustulis q in facie.

Intelligendum q gutta ros. apd
Auicen. vocatur albedsanem. Et est rubedo
extranea similis rubedini cum qua incipit le
pra: et vt plurimum apparet in facie: et pro-
prie in naso et in pomis maxillarum: q qnq
est cum inflatione totius faciei. Et tunc dicit
apud Guil. de sa. butizaga. Et quandoq est
sine inflatione: qnq cum pustulis: qnq cum
crustis: et tunc est de genere affafati. ¶ Cui⁹
generatio est ex phlegmate salso: et ex aliis
humoribus adustis. Et q forte eorum fu-
mus est malus venenosus: quare inflat et vl-
cerat partes circumuicinas: vt dicit Guil.

Signa materie ex qua fiunt haben
tur per colorem et formā: et p
virulētiā quā emittit. Et p res naturales: nō

naturales: ꝛ cõtra naturã: vt dictũ est supra. ¶ Iudicatur ꝙ est morbus cõtagiosus: ꝛ signũ prauũ ad leprã. ¶ Cuz hoc etiã iudicatur per Ras. ꝙ multiplicatur in hyeme: ꝛ frigore. Et cã vt dicit Auic. ꝙ frigus coartat vaporẽ plurimũ. ¶ Iudicatur etiã ꝙ est difficilis eradicationis: ꝑpter ꝓmptitudinem quã facies habetur ad recipiẽdum materias cã sue raritatis ꝛ debilitatis: vt dictũ fuit de vlceribus supra: imo que est antiqua nõ eradicatur.

Circa curã duo sunt

regimina: vniuersale ꝛ ꝑticulare siue locale. Uniuersale de dieta ꝛ euacuatione fit ẜm diuersitatẽ materie. Et in diuertẽdo cũ fricationibus materiã ꝛ vẽtosis cũ cantarid. bꝰ rupto rijs retro spatulas ꝛ collũ: ꝛ sub mẽtone ꝛ flebothomia venarũ frontis ꝛ nasi. Et applicatio sanguisugarũ in loco cõmẽdantur ꝛ purgatio cũ electuario de succo ros. hz ꝓrogatiuaz in hoc. Et dieta subtilis ꝛ tenuis ꝑcipue inuino qđ abstineat se ab eo saltim fortiter puro. Et caueat ab oībꝰ spẽbus ꝛ rebꝰ acutis: vt allijs cepis pipe sinapi rutha odore sambuci. Etiã caueat ab omni re salita frixa: et assata cõbusta ꝛ melãcholica atqꝫ vaporosa: ꝛ a coitu ꝛ ab oī frigiditate ꝛ caliditate excessiua. teneat ventrẽ laxũ: dormiat capite eleuato. Et breuiter administretur sibi regimẽ aliarũ infectionũ pustularũ cholericarꝫ ꝛ adustarũ ꝛ ꝑncipij lepre. vt dicit Auic. ¶ Particulare regimẽ in recẽtibus est ꝙ īfrigidetur locus ꝛ desiccetur cũ repcussiuis. In antiq̃s ꝙ corrigatur cachochimia cũ resolutiuis. Ad primuz confert aqua aluminata q̃ fit cũ succo agreste et portulace ꝛ plantaginis ꝛ albuminibus ouorum cũ alumine ad modũ aque ro. distillate. Infundantur eñ in ea pãni ꝛ desuper applicentur ꝛ sepe renouentur. ¶ In antiqua fiat stuffa cũ camomilla mellitoto ros. viol. ꝛ florũ nenufaris. Et post leuem abstersionẽ inungatur cum vnguento albo ꝛ citrino: in quo modicuz de argento viuo ꝛ sulphure ꝛ alumine cum oleo de tartaro sint incorporata. ¶ Ad idẽ Guil. ℞. acetositatis citri. ℥.iij. ceruse qđ sufficit ad spissandum predictum succum in argenti viui extincti cum saliua. ℥.ß. incorporando fiat vnguentũ. ¶ Theodoricus. ℞. boracis. ℥.i.ij. farine cicerum fabarũ. ã. ℥.ß. et. ß. camphore. ℥.ß. cuz melle ꝛ succo cepe fiat trocis. ꝛ cum opus fuerit distemperetur et liniatur ¶ Ad eandẽ intẽtionẽ valet lacꝰ gineũ: aqua ros. sulfurata: oleũ: de tartaro ꝛ de frumento ꝛ multa alia auxilia dicta supius in serpigine ꝛ decoratione. ¶ Et si cũ istis nõ recedit vesicetur locus cũ appositione cãtaridarũ mixtarum cũ sepo. Et postea cum folijs sicle locus purificetur. Et deinde cum predictis desiccetur et consolidetur.

¶ Pars scđa de egritudinibus oculorũ que superius nõ sunt tractate.

Egritudines oculorũ que ẜm Gal. in tertio de egritudine et sinthomate nocent actioni visiue ẜm oculistas: q̃daz sunt vniuersales toti oculo: vt apata ꝛ ifiat õnes ꝛ maligno: q̃daz sunt ꝑticulares vt egritudines palpebrarũ pãniculorꝫ humiditatũ ꝛ spirituũ ipsius. Et hoc est qđ Gal. in quarto de egritudine ꝛ sinthomate dicebat. In sensitiuis q̃dẽ actibus: puta oculorꝫ triplex sinthomatũ est differẽtia. vna q̃dẽ in primo organo velut in cristalloyde patiẽte. Altera in sensitiua ꝟtute a cerebro ꝑ neruũ opticũ descendẽte. tertia ꝟo in coadiuuãtibus: vt sunt oẽs alie particule. Et vir subdit ꝙ iste egritudines q̃dã sunt cõplexionales q̃ vt in omnibus meris ꝑtibus isunt. Quedaz cõpositionales q̃ sunt vt in organicis: q̃daz ꝟo cões q̃ in vtrisqꝫ fiunt. ¶ Et lz iste egritudines possint esse in oibus mẽbris. Nihilominꝰ ꝑpter naturã oculi q̃n accidunt in eis suscipiũt quandã ꝓprietatem q̃ facit magnam diuersitatẽ in curãdo Et ob hoc dicebat Iesus: ꝙ q̃dam erãt egritudines oculorꝫ que multũ erant cõuenientes alijs mẽbris. vt male cõplexiones solutiones et apata: q̃dã ꝟo ꝓprie vt lachrymę panni catharacte: ꝛ id genꝰ: et inde est ꝙ multipliciter egritudines oculorũ numerauerunt. Naz ipse Iesus numerauit. 92. Aui. ꝟo. 48. Alcoatiz. 50. Azarani. 60. Acanamos. de baldac dicit: ꝙ ipse dicauit. 65. et attestatur ꝙ Gal. posuit. 105. et Almansor. 65. Beneuenutus et hispanꝰ de paucis tractauerũt. Quotquot aũt sunt hic non nisi de magis manifestis agetur: de q̃bus nõ fuit dictum supra in ꝯpatibus vulneribus ꝛ vlceribus: ꝑ q̃bus ad chirurgicum habetur recursus cõiter. De manifestis ꝟo que occulte sunt sensui pauca hic tangentur. Nam earum speculatio ad aliaz pertinet doctrinam.

Cause autem egritu

dinũ et sinthomathũ oculorꝫ et aliorũ membrorꝫ ẜm magis et minꝰ sunt primitiue ãtece

dentes τ cōiuncte. Quas Gale. in toto libro iteriorū. Sympatias et ydropatias. i. cōpassionales ppzias vocabat cōpassiōales: qñ veniūt ab alia pticula: ppzias qñ sunt pp cāz ppziā ī eadē. Que qdē causē gñant ex hūoribꝰ a malo regimine in corpe gñatis. Et ex ipsoruz oculoꝝ debilitate: vt dictū est sepe. Ex qbus apparet ꝙ in egritudinibus oculorum pōt esse fieri τ factū: vt in obtalmia τ in apostematibus superius fuit declaratum.

Signa egritudinuz

oculorū apparētium et aliarū satis sunt manifesta. Que vero occulta sunt maxima indigent pscrutatione. pzimo iteriorū: que signa particulariter infra dicētur. ¶ Judicaꝛ tñ ꝙ ipse sunt difficilis curatiōis: eo ꝙ oculus est intricate cōpositionis: vt dictū fuit in anathomia. Et cū hoc est sensibilissima pticula. decimotertio terap. et medicamina que cōpetūt ei artificiositatis sunt magne: vt in quarto meamir docet Gal. et Acanamos. illud idez Et cū hoc multe dispositiōes ī vnū sepissime iplicanꝛ: vt in scabie et sebel: iplicatiōes aūt dispositionum curaz faciūt difficilē. septimo terapen. dicit Gal.

Cura egritudinum

¶ In summa tamen dico qꝫ est cauendum a cibarijs que in se istas tres aggregant pprietates. Quarum prima est humorositatem et crudelitatem vt sanguis generatus ab eis non sit phlegmaticus. Secunda grossitiem et vaporositatem: vt non offendat stomachũ neqꝫ caput. Tertia est constrictionem. immo laxent ventrem vt materiam vice post vicez non contineant. Et ppter hoc frigidus et humidus aer et panis crudus et azimus et legumina caules caseus fructus carnes grosse et viscose et pinguedo. Insuper pisces et potus aqueus turbulentus crapula et indigestio a communitate medicorum inhibentur. Rasis tamen in speciali dicit qꝫ in acuta quoqꝫ sicut cepe et allia sinapis et eruca atqꝫ porri nocumentum capiti adducunt: et oculos obscurant propter caliditatem quam habẽt va porosam. vt Auẽzoar dicit. ¶ Juuant autem tale abstinentia maxime serotina sobrietas in potu et vsus feniculi: de quo dicit Democritus: vt Auicenna testatur qꝫ reptilia venenosa cecata in terra tpe hyemali dum egrediuntur de cauernis in vere comedunt et fricant oculos cum ea: et recuperant visum. ¶ Et comestio herbe adil. quã credo eufragiam in hoc mirabile dat iuuamentuz vt dicit heben Melue et brodium rapparuz in quo columbi ablatis capitibus sint decocti laudantur ab Auenzoar experta. et epar hircinum assatum comestũ et liquor colliriza tus valet in noctilupa q̃ ex humiditate vicinante isti casui vt i meamir. et vndecimo medicinarum dicebat. G. Et si lardat cum pipere longo et sale nitro melioraf eius effectꝰ sm Aui. Et exercitare oculos in legẽdo lr̃as non subtiles et in respiciẽdo q̃d de picturis pficit et corroborat visuz: vt dicit Rasis. Et submergere oculos apertos in aqua decoctiõis croci cõfert vt dicit Auenzoar. et pbatũ est miro modo. et sicut Auicẽ. apertis oculis ingredi et submergi in aquã clarã viridẽ: et stare p horam in visus cõfortatione laudat pprie in iuuentute et estiuo supple tpe. Jta ego i disgregatione aque idem dũtaxat qꝫ aqua non sit frigida: et sit in vase viridi: aut citrino: et inspicere fortiter i oculis asini siluestris disgregat aquã vt dicit Auenzoar. et speculuz de calibe laudãt ad hoc perspectiui. Et magr̃ Arnoldus dicit qꝫ herbarũ viriditas: aquarũ pulcritas: gẽmarũ preciositas intuitũ refocillant: et per ɔsequẽs aquã digerũt et resoluũt. et fricatio pedum et lotio capitis atqꝫ pectinatio materias ab oculis et a capite euacuãt et diuertunt: vt idez dicit. et frequens inspiratio pueri qui semẽ feniculi: aut aliqd acutum masticauerit in oculis aquam digerit et consumit: vt docet experientia manifesta.

¶ Usus vero seminum subtiliantiũ aquam consumit et dispergit. Et ideo drageta cõsulebatur p thadeum de semine feniculi anisi ameos sileris mõtani zizi. cubeba z gaf. pipis

longi nucis mus. radicis celidonie eufragie ruthe betonice:hasceregie:⁊ id genus. Et de his põt fieri puluis aut electuariũ:⁊ vti ma-ne ⁊ sero modicũ sine potu. ¶ Euacuatio aũt fiat predigesta materia cũ aliquo ↄuenienti ⁊ approximato cũ yera pigra:aut pillulis co-chijs siue aureis. Deinde purget caput cuz pillulis dyacastoreis dissoluta vna cum succo maiorane:⁊ hoc est qđ Auic.dicebat. In pre-cedẽtibus ꝟo aquã oportet vt incipias ⁊ cor-pus mundifices:⁊ ꝓpue solũ. Deinde venias ad mundificandum caput cũ gargarismis ⁊ caputpurgijs ⁊ masticationibus. Et oportet vt illud fiat frequẽter valde ẜm ꝙ dicit. Naz scriptuz est in oculis patiente a dyaria accipi bonum est. ¶ Regimẽ aũt qđ competit in ca-tharacta cõfirmata est ꝙ in casu in quo erit suspitio ꝙ nõ fuerit bene firma vtatur pisci-bus ⁊ cepis ⁊ allijs:⁊ alijs rebus ꝓhibitis su-perius vt in ea addatur ⁊ firmior fiat:⁊ hoc est etiã qđ dicebat Auic.⁊ qñ voluntas adest vt fiat cura cũ instrõ ꝓmittitur habenti aquam vt nutriat piscibus recentibus ⁊ cibis hume-ctatiuis:deinde fiat cura. ¶ Sed regimẽ qđ cõpetit post depositionez catharacte est q̇es silentium ⁊ obscuritas. Et iaceat in lecto ca-pite eleuato ⁊ parũ comedat:⁊ que comedit sint mollia que nõ indigeãt masticatione:vt pulmenta:oua sorbilia:⁊ aqua sit potus eius: vt dicit Jesus aut vinũ acerbum vt Alcana-mos. ¶ Particulare regimẽ in principio an-teq̃ aqua sit cõgelata fiat cũ medicinis sub-tiliatiuis incisiuis ⁊ cõsumptiuis.et incipiat primo ẜm Aui.a lenitiuis sicut feniculus cũ melle ⁊ oleo.⁊ si oleum esset balsamus esset spes in illo. ⁊ Gal.in mecamir.⁊.14.terap.ap-propriat colliriũ de myrrha in:quo recipitur libanotũ galbanũ crocus et silia. ¶ Et Ras. cõmendat colliriũ de fellibus. ℞.fellis gruis accipitris aq̇le vel hirci vnũ vel duo vel plura in vase eneo desiccatorũ ptes decẽ.colloquin-tide serapini euforbij.añ ptẽ.j.terãtur:⁊ cuz aqua feniculi ⁊ ruthe fiat colliriũ. ¶ Ad ean-dem intentionẽ dictat Jesus sief qđ.℞.fellis vacce vnũ numero.asse fetide.ʒ.j.balsami.ʒ. ß.dissoluãtur in vase vitreo ⁊ ꝓmittat desicca-ri.⁊ fiãt sief. Et ad eãdem intẽtionẽ valet sief burud de succo ruthe ⁊ feniculi ⁊ basilicon. Et aqua magrĩ petri hispani ⁊ oĩa talia q̃ vi-sum acuũt ⁊ cõfortãt. ¶ Regimẽ aũt particu-lare postq̃ catharacta est cõfirmata ⁊ bona: et subijcibilis indicata est ꝙ clisterizato pa-tiente ⁊ flebothomato:si videt expedire ⁊ cõ-strictis temporibus:⁊ fronte cũ aliquo empla-stro ↄstrictiuo vt aliqua occasione nõ moueã-tur humores:neq̃ descendãt ad oculos. Et ipso ieiuno existente ⁊ consolato sano oĩ alia passione priuato die pulchra in tertijs luna crescente non in ariete ꝑagrãte:altero oculo ligato cõstituatur in loco bene claro a parte lucis sup scãnum bene firmatũ eq̇tando ⁊ re-tro ipsum sit bonus minister qui teneat sibi caput bene firme. Et tunc opator postq̃ ma-sticauerit semẽ feniculi vel allia vel aliquod acutum corã patiente sedeat aliquantulum altius patiente in eodẽ scãno tenendo patiẽ-tis manus subtus genua eiusdem patientis Et opator amplexetur genua patientis cum tybijs suis:⁊ tunc apiatur patienti oculus cã altera manu:opatur enim dextrum oculum cum sinistra manu:⁊ sinistrum cum dextra:⁊ aperto oculo insufflet in eo ter vel quater vt catharacta motum cũ calore recipiat. Dein-de precipiat patienti vt vertat oculum ꝟsus nasum:⁊ teneat ipsuz firmũ. Et tunc in noĩe dñi intromittat retornãdo acum per mediuz cõiunctiue deuitãdo venulas ipsius impingẽ-do ⁊ perforãdo intus quousq̃ percipiat acuz esse in vacuum:⁊ post vertat acum versus cor-neã:⁊ qñ videbis acum intus per corneã im-pingat eã vsq̃ ad medium pupille:⁊ aliquã-tulum plus:⁊ tunc quodãmodo plicãdo ca-tharactã reponat ⁊ trãsponat eã inferius. Et hic tñ eã teneat cũ acu q̃ntum diceret pater noster ter:aut vnũ miserere.et si chataracta resurgit totiens eã cum acu capiat ꝙ inferius remaneat. Cauendo tñ de dilatatione vuee ⁊ tactu cristallini. Et postq̃ bene firmata fue-rit:⁊ nõ resurgit extrahe acũ voluendo sicut eã intromisisti:⁊ tunc ad extollẽduz artẽ tuã obumbrato oculo cum caputio suo ostendẽ-do sibi signũ solum semel ⁊ dicas q̃d est:⁊ tũc deo benedicto ponatur super oculuz album ẽ oui cum cotone:⁊ ligẽtur ambo oculi vt vnus aliũ nõ moueat ⁊ q̇escat:⁊ ducatur caute ad ꝓpinquum lectũ et vt est dictũ regatur. Pri-ma die nihil comedẽdo.⁊ nõ remutetur vsq̃ ad crastinum vel ad tertiũ diẽ:vt dicit Jesus: ⁊ tunc remutetur vt prius:⁊ sic bis in die sine hoc ꝙ apiatur oculus remutet vsq̃ ad nouẽ dies:⁊ tunc lauto oculo suauiter cũ aqua fri-gida paulatine ad suas redeat opationes.⁊ si catharacta resurgeret post primã remuta-tionem ⁊ sedationẽ laboris iterũ deponatur si est possibile ꝑ idem foramẽ:⁊ per eundem modum. Jesus autem et Aui.eã trãsponere precipiunt inter corneã ⁊ vueã qđ est nihil:et Alcoatim ⁊ beneuenuto difficile:et aliqui ex-

grecoꝝ antiquis vt recitant Albu.ꝛ Aui.fa ciendo foramen subtus corneam cum acu ca nulata eam suggendo extrahebant:qđ non laudo. Quia forte cū acu egrederetur albu gineus ꝛ esset error nouissimꝰ peior priore.

¶ De egritudinibus aliarum particularū intrinsecarū oculi ex quibus ꝓuenit debili tatio ꝛ nocumentum in visu.

Debilitas ꝛ nocumentum in vi su a particulis intri secis ꝓuenit vno mō a mala dispōne pupil le:qꝛ nimis ampla.ꝛ đꝛ ab Aui.alintisar:que semꝑ est nociua:vt đꝛ in quarto de egritudi ne ꝛ sinthomate. Aut qñ est nimis stricta: et đꝛ constrictio q̄ a natiuitate laudatur:postve ro vituperatur vt dicit ibidē. Scđo prouenit cā humoris albuginei:qꝛ nimis grossus aut subtilis in subā:aut alteratꝰ in colore: ꝛ hoc est cā multarū fantasiarum siliuim suffusioni bus. Tertio cā cristallini ꝓpter easdē dispō nes aut ꝓpter ipsius transpōnē. Quarto cā vitrei:ꝓpter etiā easdem dispōnes. Quinto cā spūs:qꝛ multꝰ ꝛ subtilis:ꝛ tunc longe sub tilia videt ꝛ discernit:aut qꝛ paucus ꝛ subti lis:ꝛ tunc discernit ꝓpe ꝛ nō videt longe:aut qꝛ grossus ꝛ multus ꝛ tunc longe videt:ꝛ ma le discernit. Aut qꝛ paucus ꝛ grossus: ꝛ tunc neq̄ longe videt:neq̄ longe discernit:prout hec legunt̄ in quarto de egritudine ꝛ sintho mate:ex grossitie humoꝝ ꝛ spūum prouenit noctilupa:q̄ est male videre post solis occa sum vt dicit Raſ. ꝓpter aūt subtilitatem et paucitatē alihahar que est videre de nocte ꝛ non de die:vt dicit Aui. Sexto modo proue nit nocumentum ꝓpter neruum obticum:qꝛ est discrasiatus vel oppilatus.

Et causa istarū dispōnum aliquo tiens est priuata in suba particularū ꝯgesta. Aliqñ cōicata a capite vł stomacho vel vapore toto. Et sunt vt pluri mum repletionales q̄ ꝓueniūt a crapula in digōne ꝛ a cibariis grossis ꝛ vētosis in catha racta specificatis:ꝛ a dormitione nimia: ma xime post comestionē immediate ꝛ a dormi tione capite inclinato ꝛ totus calciatus: ꝛ lō ga mora in tenebrꝭ ꝛ a vēto frigido fumo pul uere ꝛ ꝯsiībus. ¶ Aliquotiens sunt inanitio nales vt a nimia euacuatione ꝛ ventosatiōe retro collū a coitu labore fletu a longa egri tudine ab igne ꝛ nimia inspectione claritatꝭ ꝛ solis ꝛ lune ꝛ ab vsu salis ꝛ piperis ꝛ fortiū specierum:ꝛ id genus.

Signa debilitatis sunt nota patienti:sed ex quibus ꝓuenit al tioris est speculationis.

Curatio spālis ꝛ exq̄sita ad dños physicos ꝑtinet:qꝛ in tali bus non cadit oꝑatio manualis. In gñe tñ si debilitas ꝓuenit ꝓpter res īanitētes ꝯforteṫ oculus cū quiete ꝛ ocio ꝛ cibis humectantibꝰ ꝛ balneis ꝛ fomentationibus factis circa ocu lum cū aqua tepida ꝛ lacte:ꝛ si fuerit ꝓpter res replentes intēdaṫ ad dietā tenuem:ꝛ ad purgationes dictas in catharacta:ꝛ ad clari ficandum oculos cum collirio de fellibꝰ auiū viuentium de rapina ꝛ balsamo. Nihilomi nus gratia doct ie ponā hic tria auxilia ad p̄dictas tres intētiōes cōplendas mihi mul tū consueta. ¶ Quoꝝ primū est hebē Mes. electuariū alasit.i.boni saporis educēs sup fluitates a toto corpore maxime a capite cō fortans visum:ꝛ oēs sensus retardās canitiē ꝛ iuuentutē ꝯseruās. ℞.corticū mirabolano rū citri.kebuloꝝ embilcoꝝ puluerizatorum ꝛ cū oleo amigdalarū fricatoꝝ ꝛ post desicca toꝝ:deinde cū aq̄ zuccarata tm̄ lauenṫ quo usq̄ suā deposuerit amaritudinē.añ.ʒ.j.tur bith albi ꝛ mundati.ʒ.ß.masticis liq̄ricie zin zib.galange cinamomi ligni aloes gariofilo rum pipis cubebarū macis piloꝝ spice se.fe niculi.añ.ʒ.ß.zuccari tabarzet quartam.ß.pi nearū purgataꝝ.ʒ.ß.mellis antoracei despu mati qđ sufficit fiat electuariū de quo post mediā noctē semel aut bis in septimana deṫ ʒ.ß. ¶ Scđm est ꝯfectio eiusdē addēs in vi sum ꝛ ꝯferēs tenebrositati eius. ℞.eufragie se.ruthe.añ.ʒ.vij.ꝛ.ß.siselcos calamenti pu legii zinzi.cubebarum nucis mus.añ.ʒ.v.cri stalli margaritarum.añ.ʒ.ij.scebram masti cis serpētis combusti.añ.ʒ.j.ꝛ ß.croci.ʒ.j.bal sami grana.v.panis zuccari quod sufficit:fiat electuarium de quo deṫ quolibet mane. ʒ. ß. ¶ Tertium est collirium burud Joannis heben Mesue ꝛ communitatis acuens ꝛ cō seruans visum. ℞.succi feniculi lib.ij.succi ru the lib.j.vini malorum granatorum lib.ß. mellis quartam.ß.piperis longi aloes succo trini salis armoniaci.ana.ʒ.ij.tucie prepara te.ʒ.j.misceantur puluerizata in phiala vi trea ad solem per tres menses abiiciatur fex ꝛ conseruetur. ¶ Ad eandē intentionē sunt aqua feniculi ruthe celidonie eufragie ber bene ꝛ aqua preciosa magistri petri hispani ꝛ consimilia.ꝛ si ista non valēt:ad ocularios vitri aut berilloꝝ est recurrendum.

¶ pars tertia de egritudinibus aurium.

Egritudines aurium que pariunt nocumenta actioni auditiue faciunt: sicut et egritudines oculorum visiue: surditas vero et grauedines atque preter auditiones ut per Gal. in tertio de egritudine et sinthomate dicebatur: sunt secundum eundem. G. in quarto: quedam in proprio organo ipsius auditus quod est porus neruosus quedam in coadiuuantibus particulis que sunt foramen et anfractus et substantia auricule: quedam in virtute a cerebro descendente. ¶ Et iste egritudines sunt aut secundum discrasias maxime frigidas: vt dicit Aui. aut secundum vnionis solutionem precipue vlcera: aut secundum abstractionem ab intrinseco factam ab apostemate vel aliquo humore vel ventositate seu sanie sanguine vel sorde verme seu verruca: aut carnoso vel panniculoso germine supnutritis: et etiam ab intrinseco velut aranea pulex aut lapillus seu nucleus et granum puluis seu aqua subingressa.

Ex quibus apparet manifeste quod cause egritudinum aurium: quedam sunt primitiue vt casus percussio et regiminis malitia: quedam antecedentes vt mali humores vaporosi. Cause coniuncte sunt res que in auribus aggregantur. Et ista quando sunt ex natura particule dicuntur proprie: et tales et priuate. Quando autem veniunt aliunde velut a stomacho seu a capite sunt compassionales et communicate: et tales suum habent fieri: et factum esse vt de oculis dicebatur.

Signa passionum aurium quecunque in ipsis que videntur concauitatibus aurium fiunt logica non indigent cognitione: in quarto interiorum. que autem non apparent per nocitum auditum apprehenduntur. Nam qui non audiunt paruas voces: neque vix magnas: surdi sunt: aut paulatine surdi perficiuntur: vt in tertio meamir dicit Gale. Qui autem apprehendunt sonos fantasticos pluuiosos et clangorosos seu sibilosos tinnitum. Et preter auditiones seu permutationes auditus patiuntur: vt dicit Gal. et Aui.

¶ Causa a qua fit designatur a suis sinthomatibus: vt si est ab apostemate est cum febre et dolore et extensionibus et grauitatibus atque pulsationibus et alijs accidentibus dictis superius in aurium apostematibus. ¶ Si vero fuerit materia frigida sentitur grauitas cum frigiditate. Et si calida ardor et punctura. Et antecessit fluxus sanguinis: aut febris cholerica: cuius materia ascendit ad aures: vt in quarto dicebatur affori smorum. Si est a ventositate est cum sono et tinnitu. Si ab vlcere est pruritus dolorosus. Si vero fuerit a veruca: aut re aliqua ingressa scitur per patientem: et per inspectionem ad solem trahendo aurem et ampliando cum speculo aut alio instrumento. Si fuerit vermis sentitur eius motus infra aurem vel si fuerit aliud animal per eius motum scitur. ¶ Locus significatur: quia secundum Gal. in quarto interiorum si quidem sola patiatur proprium sonum pati cogitamus: cum alijs autem faciei particulis cerebrum patitur cum eo. Et ad hoc iuuant sanitas transitus foraminis et propinquum tempus et alleuiatio post bonas digestiones et euacuationes: addit Auic. vt de oculis dicebatur. ¶ Iudicatur per Aui. quod surditas naturalis a quacunque causa preterquam ab oppilatione superficiali extrinseca: Et illa que est accidentalis cronica duorum annorum: et que est ex cicatrice vel apostemate indurato non curatur. ¶ Etiam indicatur quod surditas accidentalis non antiqua que quandoque interpolatur et alleuiationem habet potest curari. ¶ Preterea innuit hyppocras in. 4. afforismorum. quod quibuscunque surditas fit felleis egestionibus superuenientibus quiescit. Intellexit autem hoc Gal. de accidentali que fit in febre ex cholere ascensione.

In cura surditatis et nocumenti auditus duplex assignatur regimen. vniuersale et particulare. ¶ Vniuersale regimen de dieta et purgatione et doloris sedatione secundum quod fuit dictum superius in de. apostemate aurium completur. ¶ Particulare regimen concernit duo. primum octo documenta multum necessaria ad istam operationem complendam. ¶ Primum documentum est quod nihil particulare fiat in aure specialiter acutum et dolorosum antequam corpus sit euacuatum. ¶ Secundum quod omnes operationes aurium que precipue perueniunt ad intrinseca fiant suauiter et indolorose propter neruum interius complantatum. ¶ Tertium quod omnia que ponentur in auribus sint tepida non calida neque frigida in excessu. ¶ Quartum quod sint liquida vt melius intrent et euacuentur. ¶ Quintum quod iniecta non stent infra aurem vltra tres horas. ¶ Sextum quod postquam fuerint iniecta iaceat super partem sanam et cooperiatur foramen auris cum lana aut cotone. ¶ Septimum quod nihil imponatur quousque impositum fuerit extractum vertendo se super partem egram et mundando cum proba inuoluta panno aut cotone. Et

adiuuando cum tussi et sternutatione et inunctione atque forti sputione. ¶ Octauum quod medicator aurium habeat instrumenta apta ad suam operationem velut sunt stila curatiua et leuatoria vncinum pauce curuationis canulas fugitiuas: et habeat lanam cotonem spongiam pannum et viscum et cetera necessaria ad operationem suam. ¶ Secundum quod concernit regimen particulare est: quod cura localis ordinetur secundum diuersitatem causarum surditatis et nocumenti auditus.

¶ De apostemate et vlcere.

Si causa surditatis et nocumenti auditus fuerit ab apostemate et vlcere curetur prout dictum est superius in capitulis suis.

¶ De surditate et tinnitu propter humores frigidos et ventosos.

Si autem in causa fuerint humores frigidi vel ventositas: primitus suffumiganda est auris cum traiectorio: aut canula suffumigatoria: et olla stricti orificij in qua iubet Galenus ponere consilio appolonij vrinam bouis cum tertia sui parte de aceto et paruum quid de myrrha contrita et canna stuffe circumuoluatur cum lana aut panno vt non offendat aurem: neque circunferentias eius. Communis tamen vsus facit suffumigationem cum vino albo decoctionis ruthe calamenti ysopi sansuci centauree betonice foliorum et granorum lauri sticados aniso maratro spica nardi et id genus. ¶ Post stuffam eligit inijcere intra ipse appolo. adipem anseris fel bouis et oleum laurinum in equalibus portionibus mixtis. ¶ Usus autem communis immittit olea calida velut camomillinum anetinum amigdalarum amararum costinum nardinum raphaninum fraxininum et aquam distillationis eius. Insuper aqua semperuiue in omni casu ab aliquibus laudatur. Et fortius ponit fel accipitris balsamum et succum raphani depuratum. ¶ Rasis ponit et habet Mes. concedit sief. quod. ℞. pulpe colloquinti de. ʒ. ij. succi absinthij aristolo. ana. ʒ. j. costi baurac. ana. ʒ. ß. castorei. ℈. j. fiat sief cum felle vaccino et dissoluatur quando erit necesse cum oleo amigdalarum amararum.

¶ Aui. dicit quod est expertum. ℞. castorei. ʒ. iij. nitri. ʒ. j. et ß. ellebori. ʒ. j. fiant trocis. cum succo raphani. Et ambulare per loca harenosa confert eis vt dixit Alexander: et clamare: et excitare eos cum voce clamosa est vtile: vt dicit Auicen. Unde in tertio meamir. intellexit Galenus quod aures que patiuntur dolorem egent quiete: motu vero vehementi et transmutatione in contrariam dispositionem que patiuntur surditatem.

¶ De surditate propter sorditiem.

Mollificetur cum aqua calida mellita. Et curetur cum stilo curatorio: aut intromittantur lichinia linita cum melle: aut oleo camomille et pice: aut cum nasturcio de baurac.

¶ De aqua ingressa in aurem.

Ex eis autem que ad hoc conferunt secundum Auicennam est vt cum embula vel canula suggatoria puerorum suggatur tantum quod extrahatur. Et post cum oleo amigdalarum dulcium infundatur. Aut in capite exteriori cotonus: aut aliquid inflammetur. Et virtute caloris ignis extrahetur aut frustulum de spongia ligata cum forti filo immittatur. Et postquam imbiberit quid de aqua extrahatur.

¶ De lapillo: vel nucleo vel bestiola et quocunque ingrediente aurem.

Consuluit Albuc. quod si res fixa est intromittatur modicum de oleo violarum: et post prouocetur sternutatio: aut tussis seu fortis expuitio: aut super pedem a parte auris saltatio: aut cum palma contusio. Et ista valent ad omne quod aurem ingreditur: et ad hoc iuuat elargare et trahere aurem cum omni ingeniositate. Et si hoc non valet liniatur stilus aut proba cum aliquo visco et imponatur et extrahatur: et si hoc non valet extrahatur cum pincecarolis: aut cum vnco lato pauce plicationis. et si non potest suggatur cum canula in circuitu cum oleo et cera bene clausa. ¶ Si ergo non egreditur cum istis ingenijs: tunc festinetur ad incidendum antequam accidat apostema aut spasmus: et incisio eius sit secundum lunarem formam in radice auris vsque ad lapidem. Et ipso extracto suatur: et modo aliorum vulnerum curetur. ¶ Si autem fuerit granum: aut res que postea ingrossatur: vult etiam Albuc. quod si non potest extrahi cum ingenijs dictis quod cum aliquo spatumine subtili frustratim incidatur. Deinde cum picecarolis et ingenijs extrahatur. ¶ Et si fuerit bestia: et non potest extrahi viua cum picecarolis et ingenijs dictis: vult idem Alb. in diuisionibus quod distilletur in aurem aqua in qua dissoluta fuerit aloes: aut suc-

cus absinthij aut calamēti: aut acetū forte: ꝛ ipso mortuo extrahat cum ingenijs iā dictis aut cū impletione aque: aut impositione pilorum vt dicit Bruuus: aut saliue: vt Aui.

¶ De pāniculo veruca seu carne aurē oppilante.

Panniculus extrinsecꝰ cum spatumine incidatur. Veruca et caro superflua remoueatur cum ligamine: aut cū spatumine spinoso apprehendendo eam cum vncino aut cum cauterio actuali vel potentiali. Et post imponatur tenta linita cum vnguēto viridi aut cum aliquo leui corrosiuo. ¶ In oppilatione vero intrinseca difficile est ingenium: verum Albu. iubet eam aperire cum cauterio radiali. Et caue ne vulneres neruos.

¶ Pars quarta de egritudinibus narium.

Egritudines multe accidunt in naribus que destruūt debilitant aut permutant actionē odoratus ꝛ respirationis: quarū quedā in proprio organo cōsistunt: quedam in coadiuuātibus: quedā vero in ipsa virtute velut sunt discrasie vlcera fetores attritiones apostemata opationes humorales carnose poli podales corrize sternutationes: ac etiā sanguinis fluxus que aliquā causant in ipsis particulis: aliquotiēs pgrediūtur aliunde. Verū q: maior pars istarū passionū ptinet ad physicalē doctrinā: ꝛ etiā de multis ipsarū est dictum superius hic nō tractabitur nisi de oppilatione cathesiali: ꝛ de fetore.

¶ De oppilatione in cathesim.

Oppilatio cathesialis fm Aui. est oppilatio humoralis seu carnosa: aut crustosa inter viam nasi ꝛ gutturis gñata. ¶ Cuius significatio est q: semper vult homo screare: ꝛ qū claudit os non pōt anhelare per nares ꝛ facit quedam tinnitum: ꝛ voluntatē nauseandi.

Eius curatio particularis ē suffumigare et suggere sepe aquam decoctionis camomille: mellilotí ysopi: sausuci ꝛ sil'ia: ꝛ iniijcere infra nares cum emboto nasali pilulas dyacastoreas dissolutas cum succo sausuci: aut confectionē Rasis ad hāc intentionē exptam. ꝛ ab hebē Mes. sublimatā. ℞. nigellā in aceto tribus diebus tēperatā exiccatam: ꝛ vt alcohol puluerizatam ꝛ cōficiatur cū oleo veteri: ꝛ p nares facta suffumigatiōe: ꝛ aqua ore repleto capite retro inuersato alique gutte instillētur ꝛ suggātur vehementer donec egrediatur humiditas plurima qđ in tribus diebus tribus vicibꝰ fieri cōuenit. Et post quālibet vicem os cū aqua calida est lauādum. Et si ex his dolor ꝛ ardor sequeretur. oleū de se. cucurbite imittatur ꝛ caput cū aqua calida infundatur: ꝛ fit fortior fm eum si addātur colloquintida ꝛ elleborus ꝛ ciclamē ꝛ sal armonia cum ꝛ. ōficiatur cum melle gruis ꝛ vrina cameli: aut eius supple simili. ¶ Et multotiēs vt dicit Aui. indiget dispositio opatione ꝛ rasione cum radio: aut supple cum filo nodato introducto fm doctrinā datā in vlceribus narium: ꝛ tm̄ radere donec mundificetur. Et quādoq: egreditur cū rasione res plurima de cuius summa miratur homo: ꝛ si aliud nō pōt fieri: amplietur cū intromissione tentarū subtilium de gētiana: aut de radice acori vt faciebat magister Petrus de bonāto.

¶ De fetore anhelitus.

Fetor anhelitus est corruptio aeris exeuntis a naribꝰ ꝛ ab ore. Que ꝛ aliqñ fit propter cām priuatam in loco velut sunt corruptiones ꝛ putrefactiones vlcerum narū ꝛ gingiuarū dentium ꝛ membrorum propinquorū. aliqñ fit propter cām cōiunctā delegatā a stomacho cerebro pectore: vt i quarto de egri. dicebatur. ¶ Significatur aūt q: venit a pectore: quādo sputū est fantelum. Qđ autem a stomacho quādo nō est cōtinuus. Sed maior apparet ante cibum q̄ post: q: a cerebro: q: ore aqua impleto pcipit fetor. Et cum hoc est cōtinuꝰ ꝛ percipit per patientem.

Materia ipsius designatur calida per ardorem ꝛ puncturam: frigida per priuationem eorundem. ¶ Iudicatur q: fetor anhelitus est vituperabilis ꝛ precipue medico dānosus. ¶ Iudicatur q: fetor anhelitus propter stricturam foraminum colatorij est incurabilis. Et ideo simici vt plurimum sunt tales. ¶ Iudicatur etiam q: fetor anhelitus ꝛ eius perceptionis similitudine odoris piscium in se. acutis est malum signum.

In curatione fetoris anhelitus duo sunt regimina vniuersale ꝛ pticulare. ¶ Vniuersale de dieta ꝛ purgatione fiat fm naturam humorum a quibus procedit putredo. Communiter tñ cauendi sunt ab omni re putrefactibili vt est malus panis ꝛ mala caro blenosa et viscosa et paludosa: et malum vinum grossum dulce: et pisces et lacticinia: et fructus molles horarij: vt cucurbite atq: cas-

les maxime atriplices: ⁊ substātia leguminū ⁊ oia brodia: ⁊ soppe: ⁊ allia: ⁊ cepe faciūt malum anhelitum. ¶ Bona sunt eis oia acria ⁊ acetosa velut granata ⁊ arancia: ⁊ acetum: ⁊ oia sicca: vt perdices ⁊ auicule parue, ⁊ ea q̄ reprimunt vapores post cibum: vt citonia: pira: ⁊ coriandrū p̄paratū: vt dicit Arnold⁹. Insuper vtant apio. Nā f̄m Ras. eius comestio frequens oibus alijs melior existit. Et rami mirte cum passulis mūdatis sunt ad hoc preciosi: vt dicit Aui. Et saluia ⁊ maiorana iter herbas obtinent principatū. Et bone confectiones velut aromaticū hebē Mes. qd quasi est rosata nouella: ⁊ bone dragete in q̄bus semia sint cū aceto p̄parata de gar. cinamomo cypero yreos foliorū nardi aliptico calamo aromatico citro folia lauri ⁊ mirti xiloaloes sandal. ros. zucari. ros. in tabula sunt preciose. Expulsio superfluitatū ⁊ sobrietas vite parua dormitio exercitiū pedum crebra lautio est necessaria in hoc casu. Purgatio cum yeris ⁊ cū mirabolanis ē p̄pria flebothomia si est necessaria. Et diuersio ⁊ euaporatio cum cauterijs supra coronalem laudatur.

¶ Regimen particulare cōcernit occasiones vnde habet ortum. Si fetor procedit ab aliquo membro curetur illud. Si ab aliqua passione curetur etiā illa: vt si fuerit vlcera: aut excrescentie pustule aut oppillatio. Curetur vt in proprijs capitulis dictum est. Cōmune tñ est oibus fetoribus mundificare ⁊ abstergere: ac etiā aromatizare nares ⁊ os vias anhelitus cum quibusdā appropriatis. Et ad hoc laudat hebē Mes. collutionē post collutionem ⁊ suctionem cum vino odorifero: deide cum vino decoctionis mirti ciperi calami aromatici xiloaloes ro. mirrhe salis gemme. Et Ras. ponit galliā spicam ⁊ gar. ⁊ vrina asinorum est suprema in hoc: vt ponit hebē Mes. ⁊ intromissio tentarum factarū cū pul. yere p. ʒ. iiij. calami aromatici mirrhe gar. spice folij squinanti darsini. añ. ʒ. ij. conficiantur cum vino bono est optima: vt dicit.

¶ Et si aliud non potest fieri pallientur cum pillulis de gar. Aui. cuius forma. ℞. gar. galange. añ. ʒ. ß. piretri. ʒ. iij. aloes. ʒ. ij. sinapis. ʒ. j. musci camphore. añ. ʒ. ß. fiant pillule cum vino de quibus quolibet mane transglutiantur due ⁊ alie due in ore teneātur. Gordoni⁹ addit in eis maioranam basiliconem nuces mus. cinamomum lignum aloes loco aloes ⁊ storacem calamitam atq; ambram: ⁊ eas conficit cum aquaro. ¶ Odore vini palliat masticatio ciperi ceparum ⁊ alliorum rutha vt Rasis testatur. ¶ De polipo ⁊ fluxu sanguinis in de vlceribus est dictum.

¶ Pars q̄nta de egritudinib⁹ oris ⁊ ptiū ei⁹.

Quemadmoduz dicit Gal. in quarto de egritudine ⁊ sinthomate in p̄dictis constrictio. particularuz ostendit causas sinthomatū. Ita ⁊ in ore cognoscentibus nobis q᷑ in ipso sunt due principales particule complentes duos actus ad quos ordinatū est: lingua vez gustationi: ⁊ dentes masticationi. Relique vo sunt coadiuuātes: ⁊ cū hoc adest virt⁹ ei⁹ a cerebro deriuata. Que q̄dē sinthomata vt aliaruz actionū triplici drīa sunt ptita: in actiōe debilitata, ⁊ ablata: ac etiā pmutata seu corrupta ex egritudinib⁹ omnimoeris organicis ⁊ cōibus vtriq; q̄ solutiōes sunt imparitatis f̄m magis ⁊ min⁹ varietatis saltim debilitationis ⁊ ablatiōis: nō aūt pmutatōis: vt Gal. ⁊ Auic. ⁊ doctor subtilis declarāt in plerisq; locis. Quarum aūt cause aliq̄n sunt priuate: aliq̄n vero cōicate vt de alijs dictū est ⁊ dicet.

¶ De egritudinibus lingue.

Egritudines lingue impedientes eius actū sunt discrasie vlcera alcole apata inflatio seu magnificatio ranula ⁊ subcarnatio spasm⁹ seu curuatio paralisis seu mollificatio ⁊ balbuties. Et lz q̄plurime istarum egritudinum pertineant doctrine physicali: nihilominus q᷑ pro ipsis ad chyrurgicos aliquotiens habetur recursus: dicet quid ⁊ de ipis aliquibus non apatibus ⁊ vlcerib⁹ ⁊ alcolis: q᷑ de ipsis superius fuit dictum.

¶ De inflatione ⁊ magnificatione lingue.

Que quidem si fuerit ex calidis humoribus supposita bona dieta ⁊ purgatione cum pillulis cochijs cōsulit. G. 14. terap. gargarizare succum lactuce. Cum enim ipso solo curatus fuit vt dicit homo quidam vt non vltra alio indigeret medicamine. Nihilominus diuersio materie cum ventosis retro collum ⁊ flebothomia venarum lingue cōsuete mihi in hoc casu. ¶ Si vero euenerit ex humoribus frigidis ⁊ grossa vētositate volūt Rasis.

⁊ Aui. q materia educat per os saliuādo cū fricatione salis armoniaci ⁊ ceparum. Et q lauetur os cum aceto. Et si cum eo iungeret zinzi. ⁊ piper ad resoluendum esset meli⁹. Et in hoc casu desiccare caput cum desiccantib⁹ reuma est valde vtile.

¶ De ranula ⁊ subcarnatione.

Ranula fm Aui. est quedā carnositas oblonga sub lingua īpediens eius actū ad formā rane: aut alteri⁹ lingue generata. Et oportet in curādo ipsaz vt expiant fm Aui. si poterit cōsumi cū medicinis stipticis ⁊ resolutiuis velut sunt cortices granatoꝝ cum origano ⁊ sale dragagantum vstuz ⁊ hermodactili mixta cū albumine oui detenta sub lingua est exptum ꝓ infantibus vt dicit. ⁊ post ista est trāseunduz ad fortiora sicut est fricatio cuz sale armoniaco: aut cum flore eris ⁊ draganto: aut cuz trocis. aldaron: aut calidicon: ⁊ caueat ne aliqd istoꝝ ad inferiora descendat. ¶ Et si nō pōt curari cum illis nō erit excusatio ob oꝑatiōe man⁹ vt etiā ipe dicit. Quā oꝑationē Albu. ita ponit. oportet vt apiatur os infirmi corā sole ⁊ consideretur ranula: ⁊ si est nigra aut fusca ⁊ dura: et sine sensu nō tangat: q2 cancrosa est. Si vero nō fuerit talis: sed alba ⁊ bene tractabilis: tūc capiat cum vncino ⁊ scindat cum spatumine subtili ⁊ liberet ab omni pte ⁊ extrahat: q si superuenerit sanguis abstergatur cū spongia: ⁊ si est necesse ponat zegi qd est vitriolum et dimittatur oꝑatio quousq fuerit restrictus. Et tunc si oꝑatio nō est completa redeat ad ipsam vsq ad ipsius cōplementū: deinde colluatur cum aceto per vnum vel duos dies. Et post dicit Guil'. de sali. cū vino decoctiōis myrrhe colluat donec fuerit sanatus.

¶ De spasmo ⁊ filo cōtrahente linguā

Spasmus est retractio ⁊ curuatio lingue ad suaz originem qua impeditur eius actus.

¶ Cuius causa est humiditas replens: aut siccitas inaniens aut ligamentum retrahēs.

Cura autem humiditatis replentis est euacuatio vniuersalis ⁊ particularis. ¶ Uniuersalis fit cum pillulis cochūs. ¶ Particularis cum caputpurgijs ⁊ masticationibus ⁊ collutionibus cū calamento origano sinapi ⁊ fenugreco pipere ⁊ piretro ⁊ alijs que dicent statim in paralisi. Ad quod etiā conferunt vaporationes radicis colli cum eis que sunt sicut camomilla mellilotum sticados ⁊ anetum.

Cura autem siccitatis ⁊ inanitiōis est bona humectatio ⁊ resumptio cū laudabili cibo ⁊ cuz temperatis collutionibus ⁊ inunctionibus colli ⁊ capitis cum oleo nenufarino ⁊ viol. ⁊ cuz infusione aque calide ⁊ lactis ⁊ similium.

Sed cura fili seu ligamenti cōtrahētis linguā est incisio per latitudinem donec soluat lingua a retentione sua vt dicit Albu. ⁊ ponat lichiniū per aliquos dies cum vitriolo vt nō recōsolidetur. Et si dubitatur ꝓpter venas: cōsulit Aui. q intromittat filū cū acu: ⁊ ligetur donec p se rūpatur. Aut fm cōsilium Lanfranci cū rasorio argenteo ignito incidendo cauterizetur.

¶ De paralisi ⁊ balbutie.

Balbuties licet possit venire a spasmo vlceribus ⁊ ab alijs passionibus lingue: vt plurimuz tñ venit a paralisi: ⁊ ab humiditatibus in neruis ⁊ musculis ⁊ substantia lingue ibibitis.

Cuius aūt cause ⁊ signa sunt q paralisis cōmunis ⁊ cū hoc adest fluxus saliualis absq voluntate: neq directe pōt loqui: neq ꝓnunciare: vt Gal'. declarat in illo affō. Trauli a diarria maxime capiūtur longa. ¶ Judicatur cōiter q balbuties occidētalis preconizat paralisim. ¶ Judicat q sicut febris curat spasmū ita ⁊ balbuties ex humiditate. ¶ Judicat etiā q naturalis balbuties neq paralisis cronica nunq pfecte curant. Nihilominus in pueris cum peruenerint ad adolescentiaz sepissime rectificantur vt dicit Aui.

Cura autem eius lz in genere sit ea que paralisis cōis. Nihilominus in ea ꝑter vitā ⁊ purgationē sunt tres spāles ⁊ potissime intentiones vt hebē Mes. ponit. prima est in diuersiōe materie. scđa in desiccatiōe cerebri. Sed tertia in cōsumptione humiditatis cōiuncte ¶ Prima cōpletur cū clisteribus acutis ⁊ fricationibus ⁊ ventosationibus retro collum. ¶ Scđa cōpletur cū emplastris desiccātibus supra totū caput cū his que sunt velut sinapis ⁊ stercus colūbinum milium ⁊ sal torrefactum bacce lauri anisum maratrū pip gar. ⁊ alia que cōfortando caput desiccant reuma ⁊ cauteria supra caput ⁊ lateribus ⁊ retro spōdiles colli sunt laudanda. Et hoc emplastrū supra collū ad confortandū neruos precipit hali. ℞. camomille mellilotí maiorane zinzi. cuiuslibet. ʒ.v. sinapis piretri fol'. lauri. añ. ʒ.iij. oppoponacis castorei. añ. ʒ.ij. terantur

ola ⁊ cuꝫ cera ⁊ oleo sambucino fiat emplm. ¶ Et ad eandem intentionē valet vnguētuꝫ factū cum oleo costino nardino ruthacino ca storino⁊ oleum benedictū in hoc est supremū Et oleum terebētine et distillatio dorsalis hebem Mes. dicta in paralisi superius est in hoc preciosa. ¶ Tertiaꝫ rem cōplent garga rismata ⁊ collutiones oris: ac fricationes lin gue cū eis que dicētur graduando res proce dendo a debilioribus ad fortiora. Et incipia tur ab oximelle squilitico: qm̄ sublime ē gar garizando: ⁊ quādoqꝫ confortatur cum his que sunt sicut halhasce qđ est sticados vel ysopus hortulanus: ⁊ cortices capparis pire trum zinzi. ⁊ tria pipera. Et oportet vt istam gargarizationem precedat eductio humidi tatum phlegmaticarum fricando linguam cum eo quod est sicut sal armoniacuꝫ ⁊ zinzi. ⁊ cepe. et postea erit operatio collutionis me lior. ¶ Ad eandem intentioneꝫ expertus est hebem Mes. gargarisma qđ dissoluit phleg ma aggregatū in radice lingue: cuiꝰ forma. ℞. origani sansuci ysopi piretri zinzi. triuꝫ pi perum cinamomi costi sinapis nigelle: ⁊ con ficiantur cum oximelle squilitico: ⁊ rob qđ est vinum coctum ⁊ gargarizetur diebus conti nuis. ¶ Lanfrancus narrat q̄ ipse restituit loquelam cuidam domine cum ficubus mū dis ⁊ melle: ⁊ sex granis clari ⁊ lucidi eufor bij insimul incorporatis et confectis de quo ponebat sub lingua parue fabe quātitateꝫ. ¶ Rasis ꝯfectio medicaminis ad paralisim ⁊ grauitatem lingue. ℞. salis armoniaci pi retri stafisagrie sinapis piperis acori equali mensura: teratur ⁊ fricetur cum eis lingua subtus: ⁊ supra in die multotiens. ¶ Hali. iubet ea fricare cum yerapigra sinapi pire tro contritis: ⁊ acorus fm testimonium Dyo scoridis: ⁊ fm omnē modum administratio nis est medicina propria mollificationi lin gue atqꝫ paralisi: ⁊ saluia rutha calamentuꝫ herba paralisis rosmarinus se. basiliconis ⁊ cauliculi agrestis summam in hoc habet ꝓ prietatē: ⁊ detentio sub lingua pillularum fa ctarum cum castoreo ⁊ assa fetida ⁊ tereben tina est ad hoc supꝛma. vt dicit Aui. ⁊ ad hoc pillule dyacastoree appropriantur et thiria ca: ⁊ confectio anachardina per omnes com mendantur. Et assiduatio loquendi et frica tio lingue cum sale gēma festinat loquelam puerorꝫ. vt dicit Aui.

¶ De passionibus dentium.

Passiones dentium numerantur ab hali. in ser mone nono prime partis libri regalis dispo sitionis quinqꝫ vel sex: vt dolor: corrosio: con gelatio: dormitatio: limositas: seu fetiditas: casus seu cōmotio: apostema ꝓprie nō patiū tur. Sed reꝫ que apostemati similatur: vt di cit Auic. ⁊ intelligitur per illam corrosio aut putredo: vt tenet schola nostra communis. Utrum autem habeant sensum ⁊ percipiunt dolorem. Gal. in quinto meamir. ⁊ Auicē. in tertio canonis videntur tenere q̄ sic. Halia. dicit expresse q̄ nullum sensum habent per se: sed ratiōe nerui qui ad ipsos de tertio pa ri neruorum cerebri delegatur. Et ita decla rat se. Gal. in sexto de vtilitate particularuꝫ. Ex quibus apparet q̄ non apostemantur ꝓ prie: neqꝫ dolent nisi ratione gingiuarum et nerui adherentium eis.

Cause autem passionum ⁊ nocumen torum dentium est mala com plexio ⁊ solutio continuitatis ⁊ apostemata. Que quandoqꝫ fiunt propter causam priua tam existenteꝫ in dente. aut in membris ad herentibus eis: quandoqꝫ ꝓpter causam cō municatam a cerebro aut stomacho: aut aliū de deriuatā: ⁊ ita in talibus passionibus in uenitur fieri ⁊ factum esse. ¶ Et istorum est causa triplex primitiua vt casus et percussio ⁊ malitia regiminis. Antecedens humores supflui. Cōiūcta ipsamet dispō in dēte facta.

Signa passionum dentiuꝫ sunt ma nifesta. Omnibus enim eui denter apparet quando perforantur ⁊ corro duntur ⁊ nigri fiunt ⁊ teruntur. Aut quādo neqꝫ calida neqꝫ frigida tolerant aut qñ ex altero illorū accidit dolor vt in q̄nto meamir dicit Gal. Et ad hoc iuuāt nocētia ⁊ cōferen tia tp̄s ⁊ regimē preteritū ⁊ relaxatio patien tis: vt supra dictū est đ gutta. ¶ Iudicaṫ q̄ i ter passiones corporis totiꝰ: de qua minꝰ plan git homo dolor dētiū est grauior. ¶ Iudicaṫ etiā q̄ inflatio genarū in dolore dētiū est bo nū signū: eo q̄ significaṫ q̄ materia dimittit neruū: ⁊ ligamentū ⁊ cōuertiṫ ad loca carno sa: vt de gutta etiam dicebatur.

In curatione passionū dētiū daṫ duplex re gimē: vl'e videlꝫ ⁊ ꝑticulare. ¶ Ul'e regimen in gn̄e duas hꝫ itētiōes. Unā iuita: aliā i cēsio ne: specificaṫ cū eo vita i sexto. fm Aui. ¶ Pri mo q̄deꝫ q̄ non vtaṫ putrefactibilibus velut sunt pisces ⁊ lacticinia. ¶ Scđo q̄ euitentur res excessiue calide ⁊ ēt fride ꝑcipue imedia te vnū post aliō. ¶ Tertio q̄ nō masticeṫ res dure vt ossa: ⁊ viscose vt fic⁹ ⁊ ꝯfectiōes đ melle

❡ Quarto q̄ nō vtant̄ cibariis de ꝓprieta-
te quoꝝ est nocere dentibus vt sunt porri.
❡ Quinto q̄ dentes nō curent̄ exquisite ne
q̄ acerbe. ❡ Sexto q̄ fricent̄ cū melle ꝛ sale
adustis. Et si cū eis adderet̄ acetū omni eēt
cōplementū: vt declarauit haliab. in sermo-
ne quinto scđe partis dispositionis regalis.
❡ In purgatione appropriāt̄ hyere ꝛ flebo
thomia de cephalica ꝛ venarū labioꝝ ꝛ lin-
gue: ꝛ diuertere cū fricationib⁹ ꝛ vētosis et
caputpurgiis ꝛ desiccatione reumatis ꝛ cō-
fortatione capitis: vt dictū est sepe: educere
flegmaticas humiditates cū piretro mastice
ꝛ cōsiliibus sede dictis. ❡ Particule regimē
ↄcernit duo. Primo tria documēta ad opera
tionē dentiū necessaria. Scđo opationē ipaꝫ
iuxta passionum diuersitatē. ❡ Primū docu
mentū est: q̄ iste opatiōes sunt particulares
maxime appropriate barbitonsorib⁹ ꝛ denta
torib⁹. Et iō medici istā opationeꝫ dictā eis
reliquerūt. Tutū aūt est vt tales opationes
p medicos dirigant̄. ❡ Scđm documentum
est q̄ opꝫ medicū cōsulentē in talib⁹: q̄ sciat
q̄ cōsilia dentiū ꝭm Auic. fiūt multiplr: veꝫ
p collutiones ꝛ p gargarismata masticatio-
nes: impletiones: vaporatiōes: linimēta: fri-
catiōes: suffumigationes: cauterizatiōes: ca
putpurgia: distillationes in aurib⁹: ꝛ p ma-
nuum opationes: vt in suis locis dicetur.
❡ Tertium documentū est q̄ ꝭm Albu. opꝫ
dentistā esse munitū de aptis instr̄is: veꝫ ra-
soriis raspatoriis ꝛ spatumib⁹ rectis ꝛ cur
uis ꝛ leuatoriis simplicib⁹: ꝛ cū duob⁹ ramis
tenaculis dētatis ꝛ probis diuersis canulis
scalpris terebellis: ꝛ etiā limis: ꝛ multis aliis
in hoc opere necessariis ꝛc.

❡ De dolore dentium.

Si quidem dolor fuerit cū cōi-
tate alteri⁹ mēbri:
tunc curet̄ pri⁹ illud mēbrū. Si aūt fuerit ꝓ-
pter apa gingiuarū purgata materia ꝛ di
uersa. In primis repercutiat̄ materia calida
cū frigidis ꝛ stipticis: velut est hebē Mes. re
tentio aque calide cū aceto in ore: aut aque
ros. aut plantaginis. ꝛ si poneret̄ cū eis mo-
dicū de cāphora melius esset. Et hui⁹ quidē
intentionis est oleū de rosis: aut mirtinum:
aut onfacinū in ore retentū. Cū aūt transit
principiū addant̄ cū dictis aliq̄ resolutiua si
cut est mastix ꝛ vue passe. Et si dolor vehe-
mentior fieret addat̄ cū eis q̄d opiū: aut alio
rum narcoticoꝝ si fuerit necesse. In cā vero
frigida in pncipio ponat̄ oleū ro. cū mastice
deinde vinū aluminatū: deinde decoctionis
ysopi calamēti. ❡ Si vero materia tenderet
ad maturationē iuuetur cū decoctiōe vuaꝝ
ficuū se. lini ac fenugreci: deīde aperiat̄: ꝛ cū
melle ro. ꝛ vino mundificet̄: ꝭm q̄ dictum est
in vlceribus oris. ❡ Si vō cā fuerit in radice
ipsius dentis in eius neruo vel ligamēto: et
fuerit cū materia purget̄ materia ꝛ resolua
tur cū eis q̄ dicta sunt ꝛ dicētur: ꝛ ꝓprie in ca
lida cū oleo ro. ꝛ camomille ꝛ anetino. Et in
frigida cū oleo de been ꝛ nardino. Et si fue-
rit ventosa carminet̄ cuꝫ decoctione cumini ꝛ
baccarū lauri: semie cicute ꝛ galbano ꝛ sera
pino. Si āt dolor ille eēt sine materia altere
tur calida cum frigidis: ꝛ frigida cū calidis i
pncipio dictis: ꝛ etiā dicēdis. Et humida cū
sale ꝛ alumine: ꝛ gallis assatis desiccetur:
Et sicca cum butyro ꝛ adipe anetino hume
ctetur. Si aūt non esset remedium cuꝫ dictis
cauterizet̄ cū oleo calidissimo immergēdo ꝓ
bam inuolutam cū cotone: aut pāno in eo et
denti sepissime applicando: aut cauterizetur
cum ferro ignito: aut cū instr̄is extrahatur.
❡ Et quia medicine dentium a multis mul-
te ponuntur cum distinctione narrabo mihi
magis probatas ad sedandum dolorem per
viam alterationis ꝛ resolutionis: ꝛ alias per
viam stupefactionis. ❡ Medicine aūt dētiū
ꝭm Gal. in quinto meamir siue repercutere
quis siue dyaforare voluerit fortissime debēt
esse. Et ꝓpterea plures ipsarum cū fortissi-
mo cōstruunt̄ aceto. Nec valet que dī q̄ ace
tum nocet dentibus: q: qñ miscetur cū aliq̄-
bus calidis pdit illud nocumentum. Et pro-
pter hoc dicebat Aui. in tertio de curationi-
bus capitis q̄ acetū erat cōe oib⁹ materiis:
eius eñ infrigidatio possibile est vt leui cau
sa frangat̄: ꝛ remaneat eius ꝓfundatio ꝛ in-
cisio: hoc quideꝫ est cū administratur in ma
teriis frigidis. In materiis aūt calidis non
eligatur super ipsum. Quod etiam in princi
pio simplicium pharmacorum est probatuꝫ
ꝛ in primo meamir concessum. ❡ Et ideo Ar
chige. vt narrat Galenus in quinto meamir
ponit primam medicinam ad dolorem den
tium acetum calidum cum galla: in materia
intellige calida. In frigida vero a quacunq̄
euenerit occasione. ℞. paritarie mercurialis
mediocriter vstorum. ʒ. xvj. salis. ʒ. xj. alumi-
nis vsti. ʒ. v. extremitatum origani yreos pi-
peris piretri. ana. ʒ. iij. siseleos ysopi menthe
sicce. ana. drachmas duas cornu ceruini vel
caprini vel cinamomi. añ. ʒ. j. fꝫ puluis, de q̄ fri

centur radices dentiū ꝛ gingiuarū humidarum: nō aūt siccarum. Aduersarū autem siccis est vt dicit. ¶ Rasis aūt ponit cōfectionez medicaminis valentis ad dolorē dentium cū caliditate. ℞. semis portulace coriandri sumac lētium excorticatarū sandali citrini ros. piretri camphore oium. añ. partes equales fiāt trocis. cum succo solatri ꝛ line dētem dolorosum cum vino dissoluto in aqua ros. vt habē Mes. dicit. ¶ In materia autē frigida ponit in radice dentis thiriacā de quatuor diebus. Cui⁹ forma. ℞. piperis asse fetide opij myrrhe castorei partes equales ɔficiātur cū melle. ¶ Haliab. in cā calida impat acetum cū aqua ros. aut sumac: ꝛ modico cāphore. In frigida acetum decoctionis spolij serpentis: ꝛ si cum eo adderetur zinzi. piretrum piper ꝛ sal fortius esset. ¶ Alexander modus confectionis de alleis cito sedans dolorē dentiū. ℞. allei spicas. v. olibani. ʒ. j. ꝛ. ß. myrrhe ʒ. j. bulliāt in vino ad formā liquidi mellis: ꝛ tepidum teneaꝛ in ore: immo testatur heben Mesue: qđ Gal. dicit ꝙ si teraꝛ alliū ꝛ ponaꝛ in radicē palme man⁹ que seqtur dolorez sanat dolorē eius ꝛ exptum est Aui. aūt concedit acetū decoctionis colloqntide aut aristol. aut piretri assaz fetidā sinapim cortices capparū: corticis pini: mētastri nigellā condisi et silia. Et vitellum oui assatū calidū ꝛ panē calidū supra dentē applicatū ꝛ aqua ardens in hoc est optima: ꝛ vaporationē āte cibum duabus horis aut quatuor horis cū sale ꝛ milio: aut cum oleo calefacto laudat Aui. ꝛ emplastrationē cū his que sunt sicut malua anetū ꝛ camomilla: se. lini atꝙ fenugreci. et laudat etiā suffumigationes cum granis colloquintide ꝛ granis sinapis. ꝛ se. cepe et rutha ꝛ similibus. Et concedit vna cum Rasi distillationē in aure que sequitur dolorem cū aliquo oleorū sedatiuoꝝ velut est oleum amigdalinum sambucinum castorinū ꝛ id genus. ¶ Medicine autem stupefacientes que ponuntur in magna necessitate sunt ſm intentionē eādez Aui. sicut. ℞. seminis iusquiami albi opij storacis galbani oīuz añ. ʒ. ij. piperis asse fetide añ. ʒ. j. conficiantur cum sapa coagulata: ꝛ super dentem ponātur dolorosum: vt sumatur opij ꝛ castorei partes equales: ꝛ distemperētur ros. ꝛ iniçiatur in aurez que sequitur dolorem. Aut vinum decoctionis radicis mandragore: aut iusquiami teneatur in ore: et quādoꝙ dātur in potu narcotica filoniū: aut teneatur in ore: vt dormiendo ꝛ quiescendo maturetur egritudo: frequens autem retentio aque frigide in ore stupefacit dolorem: vt dicit Auicenna.

¶ De dente cōmoto ꝛ debilitato.

Quandoqꝫ cōmouetur dens ꝓpter cām primitiuam ex casu seu percussiōe. Et quādoꝙ ex humiditate lubricāte neruum ꝛ ligamētum: ꝛ quādoꝙ ꝓpter siccitatem ꝛ carentiā nutrimenti: quādoꝙ ꝓpter corrosionem ꝛ diminutionez carnis gingiuarum. ¶ Que autem ex siccitate fit ꝛ priuatione nutrimēti vt in senibus ꝛ ptisicis nō curatur. In alijs ꝟo cum resumptiuis adiuuatur: ꝛ cum hoc vitet masticationem precipue rei dure cum illo dente: et minoret locutionem: ꝛ non tāgat neꝙ cōmoueat eum: ꝛ si fuerit propter corrosionem curetur corrosio. ¶ Que autē venit ɔ casu ꝛ percussione facta flebothomia ꝛ in facta ab humiditate mollificante ꝛ purgatione ꝛ eductione humiditatis saliualis cū mastice ꝛ piretro narrat Gal. consilio Archigenis: ꝙ ponatur in radice eorum alumē cum thure ꝛ cinamomo cipresso. ¶ Ras. aūt. ℞. balaustiarum rosarum gallie ciperi sumac. añ. partem vnā: aluminis partem mediā liniaꝛ sup gingiuā. Et in alio loco addit acatiā ypoquistidos mirabolani: ꝛ aspgere iubet cū aceto et facere trocis. ꝛ fricare dētiū radices. ¶ Qđ si nō valet: cū sanis aurea cathenula: vt docet Albu. ligenꝛ. Et si ceciderint alioꝝ dentes: aut de osse vacce fabricentur: ꝛ cum cautela ligentur: et seruitur cū cis tempore longo.

¶ De putredine vermibus ꝛ corrosione ac perforatione dentium.

¶ Judicatur per hyp. in sexto epidimiarum Nefreticos non vidi sanatos supra. 50. annos & sexto afforismorum. Nefretici & qui circa vesicam dolent laboriose in senibus sanantur: debiles enim sunt: & ideo cum his passionibus commoriuntur ut dicit Gal. in commento. ¶ Judicatur per Gordonium: quod qui habent urinam grossam & harenosam raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis: significat lapidem generatum cum aliis signis. ¶ Amplius dicit Aui. quod lapis renum & vesice est ex his que hereditantur. ¶ Propterea dicit, quod senibus plus aduenit lapis renum quam vesice. Et infantibus & qui sequuntur eos contrarium: ut maxime tamen euenit inter infantiam & pubertatem. ¶ Amplius dicit quod parum accidit lapis mulieribus in vesica & lapis renum ut dicit: etiam est de egritudinibus habentibus paroxismum: & spatium eorum est de mense ad annum. ¶ Amplius dicit quod lapis paruus in vesica magis est promptus ad retinendum urinam: quia figitur citius in meatu quam magnus qui velociter remouetur a meatu. ¶ Qui habet lapidem in renibus aut vesica non viuit sine periculo. nam si retineatur & claudit meatus ducit ad ydropisim & ad mortem.

Et in renibus non debet incidi: in vesica est periculosa incisio de spasmo & fluxu sang. & fistulatione. Et propterea periti istam operationem cursoribus reliquerunt. ¶ Amplius dicit Albu. quod lapis magnus non potest incidi sine periculo vesice: paruus autem propter periculum non comprehendendi eum. Si ergo incidendus est: mediocris est incidendus.

¶ Caueat quicunque ut non intromittat se de incisione lapidis nisi sit expertus: & hoc viderit a bono magistro: ut dicunt Brunus Theodoricus & Guilel. & habeat instrumenta ad hoc apta: rasorium & uncinum grossum cauatum: & tenaculas longas: filum & acum. cotonem & pannos: oua puluerem rub. & omnia necessaria in promptu. ¶ Caueat etiam ne incidat hominem antiquum debilem: & cachochimum timidum & dolorosum. Etas ad incidendum melior est quatuordecim annorum: ut dicit Lanfrancus. ¶ Tempus congruum ver et autumnus.

Curatio lapidis est duplex secundum quod lapis est quidam qui rumpi potest cum medicinis. Quidam qui non potest rumpi: imo oportet quod incidatur saltim in vesica aut transponatur: ut dicitur in tertio tegni. Est tamen consilium Ras. quod experiatur cum medicinis longo tempore antequam accedatur ad incisionem.

Duplex est autem curatio cum medicinis: quedam est preseruatiua: quedam proprie curatiua de mente Ras. in libro experimentorum. Stat enim preseruatiua intentio in prohibitione causarum: puta grossorum humorum caliditatis loci & constrictionis viarum. licet G. videatur in sexto epidimiarum quod exclusa prohibitione caliditatis: ubi non multum excedit ut dicit. Alie due prohibitiones sunt sufficientes defendere renes & vesicam a calculo. Optimum inquit est humores quidem subtiles esse & corpora renum mollia apud eritum. Et si utraque hec custodierit nunquam generabitur lapis. Nunc autem iste due intentiones perficiuntur unico genere farmaci vel diete puta attenuantibus in sexto sanatiuorum. Ego enim inquit de subtillanti dieta

nefreticos vidi non paucos. Alios quidem omnino cessare in attenuante dieta: alios vero moderatiores apparere. Et cum illius denunciat in libro de euchimia subtiliatiuorum farmacorum opus est obstruere strictos exitus et incidere et subtiliare et expurgare id quod adheret grossum et viscosum ex humoribus. Verum in eorum approximatione est preuidendum: nam debite approximata curant a calculo. Indebite vero lapidem creant iuxta illud problematum prima et quarta de generatione animalium. si tantum facit plus non facit magis contrarium. Et istud regulat qualitas et quantitas non omittendo tempora auxiliandorum in primo ad glauconem: et tertio tegni. ¶ Altera igitur pars preseruatiua istius accidentis que per dietam stat in debita administratione sex rerum non naturalium et trium que sui generalitate sunt illis annexe: vt sunt aer cibus et potus inanitio et repletio motus et quies somnus et vigilia et accidentia anime obuiatio rerum ab extra et balneum et sub diuo statio declinatio ad caliditatem et siccitatem cum subtiliatione: verum quia Gal. quantum ad cibos eam pertranstulit in libro de subtiliante dicta pertractationem exquisitam omitto de presenti. In summa tamen dico quod dimittantur omnia que possunt lapidem generare velut sunt vt dicit Ras. et Aui. cibi grossi qualis est panis azimus et crudus carnes vaccarum et auium paludosarum et pisces et fructus acetosi et virides caseus proprie humidus et omnes res ex lacte condita. Et aqua turbida: et vinum grossum atque turbidum. Et generaliter omnes res grosse et viscose et difficilis digestionis et omnis repletio et vita crapulosa. Et ita assumabat Ras. in libro diuisionum quod Haliab. in primo secunde partis concedebat. Custodia inquit a lapide est propter diuisionem ciborum viscosorum et assiduationem seminum mundificantium renes et abstinentia a somno super collum et longitudine stricture cinguli et a multitudine equitationis et labore dorsi. ¶ Et utique vtatur vomitu cum est repletio. Et hermes dixit vt Arnaldus et Consiliator testantur quod imago leonis sculpta in auro purissimo sole existente in leone luna saturnum non respiciente nec ab eo recedente in bracali aut in zona vituli marini aut leonis portata preseruat a calculo. Et sigillatum olybanum aut sanguis hircinus preparatus cum eadem figura et hora dicta puluerizatum datum cum vino statim lapidem frangit: et mingere facit. ¶ Que vero per farmaca fit stat in recto vsu euacuantium et lauantium poros. Euacuantur enim si sunt plectorici cum flebothomia basilice et saphenarum si est necesse. Si vero adest cacochimia purgatio bina est necessaria per vomitum vtique et secessum vomitus autem non solum diuertit: sed euacuat materiam antecedentem flegmaticam generatam in stomacho que in diurno accessu ad renes parata erat lapidem causare. Istum vomitum Hyp. semel in mense decernit quinto vtilita. G. testante et Aui. in plerisque locis.

¶ Per secessum vero fiat euacuatio in vere et in autumno: vt quando est necessitas predigerendi materiam flegmaticam cum simplici oximelle in tertio regimenti: aut cum squillitico seu diuretico: vt heben Mesue ponit. Et si fortius vellet cum syr. radicum. v. herbarum capillarium: atque saxifragie tribuli marini et campestris clauellarie calamenti ysopi granorum iuniperi baccarum hedere: se. feniculi: apij: petro. ameos dauci cum seminibus frigidis maioribus: nardo: squinanto: aut floribus camomille: genestre cum aceto squillitico seu passulato: et de melle vel zucca. ad libitum fiat syrupus: quod cum aqua cicerum administretur. Digesta materia euacuari potest cum pillulis de agarico: aut cum benedicta seu cum dyacatholicone. ¶ Post autem euacuationem eundum est secure ad lauantia et aperientia meatus. Sunt autem duplicia in genere farmaca ad hoc apta. Quedam autem sunt moderate virtutis velut ficus amigdale fistici fructus capparis passule et similia que in pluri vsu et in principio tute possunt administrari de mente Gal. nono terapen. et alimentorum secundo eo quod non habet virtutem properantem intempestiue cibum ad epar et membra vrinatiua. Et eodem modo possunt administrari cressones. nam virtutem habent dyaforeticam vrinatiuam: atque lapidis vesice frangitiuam in octauo farmacorum. Et vrticas laudat Aggregator: et hoc Auenzoar confirmat. Alia vero sunt magis violente virtutis velut sunt pulegium feniculum ius cicerum nigrorum et similia que in raro vsu: et correcta et longe a cibo debent administrari ne adurendo sang. et renes calefaciendo ledant. Et ne velocitate lationis cibum indigestum deducatur ad epar et loca vrinatiua. vt est de mente. G. quarto et sexto sanatiuorum. ¶ Huius autem intentionis est pureta cicerum magistri Arnaldi que remollita per noctem in dulci aqua cum eadem de mane duobus feruoribus bulliantur cum pauco petrosillo: et addito modico de pul. nardino et croco et vino albo colato administretur. Multi vero addunt de gramine mundato.

Alij de cimino in hyeme. Nonnulli in estate succum limonum: aut aranciorum & se. melonum. Mundificat enim talis pureta venas capillares epatis & renum meatus: & ita preseruat a calculo vt affirmat. ¶ Ad istã etiã intentionem fiunt vina diuretica in quinto sanatiuorum cum betonica & cestro quod saxifragiam vocãt latini: quidam vero studiose imimittunt spicam nardi. Alij vero alia: q̃dam vrinationem mouere queuntia. ¶ Cõposita autem pharmaca ad hanc intentionez sunt dyacalamentum & dyaspoliticuz in quarto sanatiuorum: quod Auicen. in quinto & Serapio in septimo breuiarij dyaciminum vocant. Interim autem caliditas locorum potest corrigi cum oleo ros. violaceo et scorpionum. Et epithimate sandalino & aq̃rum frigidarum a nimio excessu cauendo. ¶ Tempus autez iam ẽ aggredi curatiuam descriptionem cum medicinis. Per medicinas autem easdem hec curatiua intentio cõpletur: que & preseruatiua. Galeno in introductorio testante. Quecunq̃ inquit sanant passiones iam fientes hec & anteq̃ fiant ꝓhibent consistere. Et quarto sanatiuoruz. eadem est custodia futurorum laborum & correctio iaz generatorum: licet gradualitas varietur: fortioribus tamen indiget lapis vesice q̃ renum: vt dicit Auicen. ante omnia igitur in actu curatiuo incipiendum est a clistere lenitiuo. Post hoc dolore infestante preparetur balneuz eucratum in quo decocta sint mollientia temperate rarificantia & dolorez sedantia qualia sunt ſm Arnaldum ligue canis. M. iiij. berule. M. ij. senatiõis. M. j. apij M. ß. leniter quassata bulliantur vnico feruore in aqua simplici: deinde totum in concha proijciatur & addatur vini albi lib. vnaz & cum fuerit citra tepiduz: sedea tur sic q̃ aq̃ fere attingat vmbilicum: hoc enim notabiliter operatur mitigando dolorem & vias atq̃ meatus dilatando & lapidez educendo. Dũ tamen approximetur moderate. Post hoc autem vt tutius pharmacis comminuctibus maxime fortibus vti possit laudo lenitiuam euacuationez materie antecedentis qualis est casiafistula: aut dyacatholicon: silendo pro tunc de medicinis attractiuis: vt consulit Auicen. ¶ Euacuato & linito vẽtre danda sunt comminuentia lapidem. Et melior hora approximationis eorum est in exitu balnei: de quorum cathalogo est decoctio cicerum & decoctio graminis in sexto simplicium. Et que non sunt multum calida cum hoc quod incidere possunt meliora sunt: quẽadmodum exemplificatur in quinto eorundem radic. sparagorum & rubus ac betonica polium & rubea & vitrum combustum quod summe in hoc commendauit magister Bertutius bonoñ. Auicenna vero enumerat radic. costi. radic. rubi. sem. altee: radi. tribuli: apium cardum scolopen. caprine: virgaz pastoris pentafilon polium camepitheos: radicem raphani & achori: & ciperi grana pipers. Et lapidem iudaicum cinerem scorpionis leporis & sanguinem hirci & fimum galli atq̃ columbi: & scarabeos exiccatos & cantarides. multi vero commendant grillos & cicadas. Caueatur tamen in istis q̃ sint bene correcta & quantitas sit parua: q: vlcerant vesicã. ¶ Et ex istis possunt fieri cõposita dũtaxat vt docet Aui. q̃ in cõposito aggregenẗ q̃nq̃ virtutes: mollitiua videliz & penetratiua & moratiua & confortatiua & cõminutiua velut ipse ordinat sirupũ ad hoc iuuatiuuz: qd. ℞. milij solis. ʒ. v. capilli veneris. ʒ. vij. petrosilini. ʒ. iiij. ficus alb. vij. in numero decoquanẗ cum. vij. lib. aque donec remaneat lib. j. & bibatur lib. ß. post exitum a bal. ¶ Et nobilis Serapio dictauit exptum & sublime medicamen ad frangẽdum lapidem. Cuius forma ℞. se. melonum mundum milij solis dauci vitri combusti ana. partes equales terantur & cribellentur et dentur ex eo drachmas. iij. cũ aqua decoctionis cicris nigri. ¶ Dñs Napulio cardinalis ꝓ ista dispositiõe vtebatur tali aqua. ℞. philipẽdule li. vj. radi. achori li. iij. saxifragie cũ radic. q̃tũ de oĩbus cõquassentur & ponanẗ in alẽbico fiat aqua de q̃. ℥. j. ¶ Auẽzoar vero vir magne experiẽtie facit hoc electuariũ. ℞. lapidis iudaici gũmi cerãsorũ lapidis spõgie corticẽ melonũ liquiritie aã. ℥. iiij. auellanarũ. ℥. j. dauci vitri vltramarini cõbusti cũ alutraz aut alhasce aã. ʒ. x. pinearũ mũdatarũ amigda. excoriatarꝫ ana. ʒ. vj. syrupi de liq̃ri. qd sufficit. fiat electuariuz & in qualibet lib. ponantur. ʒ. ij. optimi balsami qui in hoc vt dicit est de melioribus medicinis seruetur in vase vitreo. Dosis est: omane. ʒ. vj. cum sirupo violaceo & quadruplo aque calide. ¶ Magr̃ Arnaldus ꝓ isto casu hanc medicinã dño de bellioco dictauit. ℞. milij solis ameos anisi maratri carui dauci petro. apij cimini aneti leuistici cardamomi piperis longi sileris montani se. papaueris se. melonum se. malue granorꝫ iuniperi baccarũ hedere se. sparagi nucleorꝫ psicorꝫ aã. p. j. radic. saxifragie. ℥ ʒ. galãge cinamomi spi-

ce nardi calami aromatici liquiri. rase ciperi achori sandal. al. ru. lapidis iudaici lapidis spongie rasure eboris maxillarum lucij añ. partem mediam: cicadarum preparatarum quartam vnius partis san. hirci fm doctrinam Alexādri preparati partes. ij. fiat pul. de quo detur de mane. ʒ. j. cum vino albo.

¶ Rasis autem talem confectionem ad hoc dictauit & est fortis. R. se melonuz carpobalsami se. raphani dauci petrosilini añ. partez. j. corticis radicis capparum. corticis radicis opoponacis amigdalarum amararum baccarū lauri squinanti ciperi spice casieli. scolopeñ. harmel. gentiane aristologie ro. assari cordu dumeni bdelij armoniaci serapini mirrhe piperis achori: añ. partem. ß. dissolutis gūmis in vino subtili fiāt pillule. dosis. ʒ. ß. cū aqua ciceris. Et quandoqꝫ fortificatur illud medicamen cū balsamo. balsamus em̄ frangit lapidem vt testatur. G. sexto simplicium.

¶ Et Aui. dat fortius medicamen qđ expertuz est vt dicit. ℞. cineris vitri cineris scorpionum cineris radicis cau. cōmunis: ciceris leporis lapidis spongie san. hirci cineris corticis oui lapidis iudaici gūmi nucis achori partes equales: petrosilij dauci pulegij gummi ara. se. altee piperis añ. partez. j. & ß. conficiātur cum melle & conseruentur. dosis sit vsqꝫ ad. ʒ. iij. cū aqua decoctionis tribulorum & cicerum nigrorū. ¶ Et herbe & ra. diureti. cū pauca quantitate cantaridarum syrupate. & laudantur a Guil. de saliceto. ¶ Et aqua illarum distillata erat cōsueta magistro Odoni de Lugduno. vsus autem cōmunis cuz vino calido lintontripon administrat. ¶ Post aūt administrationē medicine frangentes & educentes lapidem laudatur inunctio cum oleo scorpionum qm̄ vt dicit Auic. in quinto cañ. scorpiones in suis naturis sunt lapidibꝰ generatis in renibus & vesica sicut carnes vipere veneris reptilium venenosoruz. Et emplastra fiant desuper vt dicit & precipit Thadeꝰ cū senationibus paritaria folia cucumeris siluestris foliorum maluarum caulium porrorum morsus galline & id genus. Aut cum cerato sedatiuo dolorum vt ponit Theodoricus. ℞. olei camomille. ℥. ij. olei ro. ℥. j. vitellorum ouorum crudorum. ʒ. iij. conficiantur & cum panno applicent. ¶ Et commotiones p equitationem & ascensiones & ventosationes ab illo vsqꝫ ad vesicam. Et euaporationes cum oleis calidis ruthe castorei laudātur ab Auicenna.

¶ De arte mingendi cum medicinis.

Prouocatur vrina denegata cum prouocantibus dictis maxime in quibus cantarides ponuntur iuxta doctrinā G. tertio farmacorum & complexionum. Et Rasis nono Almansoris in balneo administratis & cum embrocis emplastris vnctionibus & humectationibus applicatis supra pecten virgam & peritoneum & in virgam & in vesicam intromissis proprie quādo causa denegationis est in vesica. Et magister Jordanus faciebat iniectiones & syringationes infra vesicam cum balsamo. Et Theodoricus cum petroleo. Auicen. cum oleo scorpionum & nonnulli cum stercore columbino in lixinio dissoluto aut colato. ¶ Alij vero prouocant vrinam denegatam inungendo pecten & renes cum axungia cuniculi aut cum galbano posito super caput virge: aut allijs aut cepis aut fiat suppositorium de sale gemme aut imponendo pediculum seu cimicem in foramine virge. Item radix raphani & lapacij petrosilij et vrtice cocta cum vino & cum oleo frixa & super pecten applicata communiter laudantur in vrine prouocatione. Et si cū medicinis nō potest mingere recurrēduz est ad instrumenta vt statim dicetur. Nunc iam vereor vlterius ampliare sermonem in medicinis. hora autem est transire ad actuz curatiuum cum manuali operatione.

¶ De cura cum manuali operatione.

Duplex autez est cura que per actumꝰ manualem fit. quedam est palliatiua: quedam vero proprie curatiua. Palliatiua proprie habet locum quando lapis est nimis magnus: ita qꝫ non potest duci ad collum vesice: in quo salubrius potest fieri incisio cum sit carnosum: vesica vero est neruosa & locus vrine & non consolidarentur immo ipsius incisio est mortalis hyppo. in sexto affoꝝ testante. Aut si est in antiquo aut in corpore nō potente neqꝫ volente sustinere incisionē. Et cōpletur qꝫ patiēs ponatur in balneo mollificatiuo: deinde cū cathatyro. i. intromissorio aut argalia seu syringa inūcta cū butyro aut aliquo suaui oleo intromissa p virga ipingat de collo vesice vsqꝫ ad fundū ipiꝰ: aut cū digitis ꝑpatis & inūctis itromissis p anū: idē fiat: remanere em̄ pōt i fundo p. 40. annos vt dicit Theodoricꝰ aut p longū tꝑs vt dicūt alij. Est autē cathatyruz

ntro:nissorium longū ꝛ subtile sicut proba. i fine cuius potest esse nodulus ꝛ intrinsecus nō offendat. ¶ Argalia seu syringa est canula illiusmet longitudinis ꝛ gracilitatis forata in puncta ꝛ in laterib⁹ in summitate eius est lata ad modum emboti: in qua potest ligari bursa corij seu vesica porci vel arietis: ꝛ quedam est cum vite: quedam sine vite: aut ad modum clisteriorum.

¶ De arte mingendi cum instrumētis.

Modus aūt mingendi cuz instrumentis est fm haliab. nono sermone partis scde: ꝛ fm Aui. ꝛ Albu. ꝙ posito patiente super sedē ꝛ ipso balneato aut fomentato cum aquis ꝛ oleis intromittatur instrumentum. deinde per virgā extēsaz versus ventrez suauiter vsquequo sit prope anum: deinde declinetur virga cū toto instrumento versus inferius vt dirigatur instrumentum versus vesicam que facit hic reduplicationeem donec sentiat eum cadere i vacuum. Et tunc intelligatur esse in vesica. Et si cum isto instrumento fuerit virgula: aut filum lane extrahatur ꝛ egredietur tūc vrina ꝛ humor ille si quid impediebat vrinam: ꝙ si ꝑpter fricationē lesa fuerit via ꝛ euenerit sanguis collirium album cum lacte mulierū immittatur.

¶ De incisione lapidis.

Curatio vero lapidis ꝑ icisionez fit fm prefatos magistros: ꝛ illud quidem ego vidi ꝙ in primis euacuent intestina cū clisteri. Et in crastinū ieiuno stomacho patiens faciat vnum saltū vel duos vt lapis descendat. Et tunc situato patiente reuerso sup discū vel sup genua alicui⁹ fortis ministri curuent coxe ꝛ ligent fortiter cū collo ꝛ teneantur ampliate ne possint se mouere hora operationis: ꝛ tunc imprimito ventre super vesicam cū pugno ꝛ impositis digitis per anum vt dictū est ducatur pro posse lapis ad collum vesice inter anum ꝛ testiculos ꝛ tunc fm incessum rugarum loco remoto aliquantulū a parte sinistra a commissura qꝛ in ipsa est locus mortalis vt dicit Aui. incidatur cum rasorio vsqꝫ ad lapidem tantū ꝙ lapis cum vnco concauo possit extrahi cū facilitate: ꝛ ipso extracto ꝛ purificato loco suat vulnus ꝛ super ipm pul. ru ponat ꝛ albumē oui. Et liget firmit ꝛ collocet in lecto ꝛ nō soluat: vsqꝫ ad tertiū diē: vt ꝑcipit Rogeri⁹: ꝛ cū dyapalma vt cetera vulnera curet. Ita autē curat in viris. In mulierib⁹ vero raro accidit lapis in vesica: ꝛ qn̄ fit ꝑ impositionē digiti i matricē: vt dictū est curat. Nōnulli ꝯo vt Rogerius post incisionē ponunt vitelluz oui in hyeme ꝛ albumen in estate. Et quatuor magistri farinā cum stupis. ¶ Tempore autem cure parū potent: ꝛ vinuz nō albū sed rubeū stipticū cum aqua ferrata limphatū: ꝛ comedāt sobrie: ꝛ cibaria electa paucaꝝ superfluitatum. Si aūt contingit ꝙ lapis ꝑpter eius paruitatē venerit ad virgā liget versus vesicam vt nō recedat: ꝛ postea suggēdo extrahatur: aut tenacule longe ꝛ graciles imponant ꝛ capiat ꝛ extrahat. Aut gracile terebellū (vt dicit Albu.) imponat: ꝛ cū illo frangat: ꝛ frustatim extrahat: aut virga in parte inferiori vbi magis eminet capillus incidat fm lōguz ꝛ extrahatur ꝛ suat. Et postea ligamentum remoueat: ꝛ vt supra curet. In oibus tn̄ apostematio prohibeatur. ¶ Et si dolor infestaret consulit Aui. ꝙ ponatur in balneo cucrato ꝛ inungantur cum oleis lenificantib⁹ quale est camomillinum ꝛ anetinū: ꝛ sup vulnus butyrum tepefactū. ꝛ si videant mala accidētia euenire: sit deus auxiliator.

¶ De passionibus virge: ꝛ primo de infrigidatione ꝛ malefactione.

Ista enim sunt peccata que contingunt in mēbris generatiuis: maxime in viris. Nam sicut sterilitas maxime contingit ex parte mulieris: vt tenet Sera. in quarto breuiarij. Ita infrigidatio ꝛ malefactio que est priuatio coitus a parte virorum: eo quia in mulierib⁹ nō ꝑuat coitus: nisi propter vulue oppilationem. In viris vero priuatur propter malam complexionem frigidam que aufert erectionem: et propter malam complexionem abbreuiantem ꝛ annihilantem virgam ꝛ testiculos. Propter autem malefactionem contingit in vtroqꝫ. ¶ Differt autem infrigidatio a malefactione: quia realiter infrigidatio concernit complexionem: malefactio animum ꝛ complexionem: licet vulgariter dicatur ꝙ infrigidatio fiat propter naturam corporis: malefactio vero ꝑpter rez diuinam: vt qn̄ aliq̄ facinora sunt facta. Aut mala fuerit cogitatio inter virum ꝛ mulierem.

Signa autem infrigidationis ꝛ malefactionis propter peccata corporis sunt manifesta quando est castratus qn̄ virga est breuis ꝛ nihila ꝛ male composita: quando est

frigida & paralitica sine pilis rugosa & male colorata q si comederet omnes spēs totius mūdi & pigmēta & fricaret et calefieret cū oībus calefacientibus & exiccantibus que possent fieri: non erigeretur: neq exiret in actū coeundi.

Signa autem qñ est ppter rem diuinaz aut maiū a:um sunt: qñ oia stant bñ: & tñ nō pōt exire in actū debitū coeundi pcipue cum vxore: lz possit cū alijs: & q reducit ad actū p orationes & remotiōes maleficiorum & malarū cogitationū. ¶ Judicat p Gale. auctoritate platonis in cōmento illo. mulier si nō ꝯcepe rit q q nō pōt coire & gñare nō iungat se cuz muliere: deluderet enī natura & pderet gen⁹ ¶ Judicat etiā q si tales essent ꝯiuncti per fortunā q fiat diuortiū p iustitiā. Uerū qꝛ iustitia ꝯsueuit cōmittere examē medicis pro tanto ponit hic modus examinādi. Et est q medicus habita licētia a iustitia examinet p mo cōplexionē & cōpositionē mēbrorum generatiuorū: deinde habeat matronaz in talib⁹ cōsuetā: & pcipiatur q iaceāt insimul per aliquos dies ipsa matrona presente cū eis. Et det eis spēs & pigmenta: & eos calefaciat: & inungatur cū oleis calidis & fricet iuxta ignem fermentorum. & iubeat eos cōfabulari & amplecti. Deinde qd viderit referat medico: & quādo medicus fuerit bene informat⁹: corā iustitia cū veritate deponere pōt. Caueat tamen vt nō sit deceptus: qꝛ multe fraudes in talib⁹ cōsueuerunt cōmitti: & maximū periculū est separare quos deus cōiunxerat: nisi iustissima causa requirente.

¶ De priapismo.

Priapismus est inuoluntaria virge erectio. Et in hoc differt a satyriasi in qua est voluntas & desiderium illius.

Causa aūt eius fm Gal. 14. terap. est ventositas vaporosa in neruo cyracodio. i. cauernoso introducta a cibarijs ventosis & a frigiditate cutim densante exire phibita: fit etiam vt plurimum fm mentez eius sexto interiorum ab arteriarum virge dilatatione.

Et signa distinctius ponunt ibidē nō tñ est multū in hoc insistendū. ¶ Sed eius cura fit supposito regimine vniuersali q in densatiōe fomentet locus cū rutha: & agno casto. In operatione infrigidet cū succis frigidis & cāphora & ceroto G. & appositione lamine plumbi.

¶ De calefactione & feditate in virga: propter decubitū cum muliere feda.

In primis lauet cū oxicrato: et deide cū vnguēto albo cāphorato vt pustule vlcerate curent.

¶ De preputij clausura.

Curatur fm haliab. & Albu. aperiendo cū vngue aut cū spatumine. Deinde ponēdo tentā canulatā de ligno: aut de plūbo vt possit vrinare linitam butyro: aut oleo amigdalino.

Circuncisio fm legē fit iudeis & saracenis & alijs q multis est vtilis: ppterea q nō ꝯgregātur sordities in radice balani & calefaceret ipsuz Et tunc cum vnguibus trahat preputiū q̄tum erit possibile & cauendo de balano inciditur. & post cum pulueribus ru. aut cū cauterio sanguis restringatur, & more aliorū vlcerum sanetur.

Castratio fit fm Albu. fm duos modos. Aut per attritionē: aut p scissurā. In illa q fit p attritionez opz q sedeat infirmus in aqua calida donec mollificent testiculi eius. Et postea cū manibus cōprimant & cōterātur donec resoluātur Per scissurā fit secādo cutim & apprehendātur testiculi & ligent & incidantur & extrahantur: deinde suitur cutis & curatur vt cetera vulnera.

¶ Mollificatio ossei & elongatio eius.

Incidatur quod est nimium saluando testiculos et suatur: & vlcerum aliorum curatione curetur & sanetur.

¶ De hermofrodito.

Hermofrodita est natura sex⁹ duplicata: & est fm Albu. in viris fm duos modos qꝛ qñq est vulua pilosa iter testiculos duos qñq in spatio qd est apparēs subtus. In muliere aūt est vna spēs in qua supra vuluā apparet virga & testiculi & multotiēs curātur p incisionē: vt dicit Auicē. Non aūt illā q facit vrinam vt dicit Albu.

¶ De passionibus matricis.

Multis modis claudat matrix vt ostendit Albu. Curatio ē vna tm incisio si fuerit caro addita cum rasorio: aut ligamine cū filo. Si aūt fuerit pellis

cuz vnguib⁹ aperiaṫ: aut rasorio ꝛ tenta can nulata de ligno: aut de plūbo linita cū butyro: aut oleo vt mingere possit: aut solida de pāno ad modū parue virge ponatur: ꝛ sepe eā remutet: aut coitu vtatur vt non reclaudatur.

Amplificatio. cōstrigiṫ matrix ƀz Aui. vt pulueris corticis pini ptes .iiij. aluminis ptes duas ciperi partē .j. decoquanṫ cum vino stiptico ꝛ madefiat in ipso pannus lineus et applicetur.

Tentigo. Qñq3 illa additio carnosa q̄ vocaṫ tentigo in vulua crescit intm̄ ꝙ facit displicentiā ꝛ nocumentū. Et cura ei⁹ est ƀm Albu. ꝙ incidaṫ cū ligamēto: aut rasorio: ꝛ nō vsq3 ad fundū timore sanguinis: deinde aliorum vulnerū curatione curetur.

¶ De extractione fetus.

Fetus naturaliter egrediṫ sup caput suū facie versus terrā euersa Oīs aūt alter exitus est innaturalis ꝛ difficilis. ¶ Fit etiā difficilis partus ꝑpter pluralitatē fetuū. Nam aliquotiens sunt duo: ꝛ ƀm Aui. quīq3 vel plures. ƀm ṽo Albu. plures ꝙ̄ septē: q: decē vt dicit. Et q: istud negociū exerceṫ per mulieres vtplm̄ nō opȝ in ipo multum imorari. Incantāde tñ sunt obstetrices ꝙ si forma exitus sit naturalis ꝛ difficilis cū fomentationib⁹ ꝛ inunctionib⁹ mollificātib⁹ ꝑtes ille mollificenṫ. Et ꝙ mulier iuuet se cū expressione ꝛ retētione anhelit⁹ ꝛ ꝑuocatiōe sternutatiōis cū puluere piperis: aut euforbij: ꝛ id genus. Et buthor marine ꝛ agrimonia ligata in coxa facilitāt partū vt dicūt experti. ¶ Si ṽo forma exitus nō est debita et naturalis ꝙ toto posse eleuādo coxas mulieris reducaṫ ad naturalitatē. Et siīa casu fet⁹ esset mortuus: qđ cognosciṫ ꝑ minorationem mamillarū: ꝛ ꝑ immobilitatē fetus q̄ añ mouebaṫ: ꝑ frigiditatē ventris ꝑ fetorē anhelit⁹ ꝑ profunditatē oculoꝝ ꝛ mortificationez labiorū ꝛ totius faciei: ꝑ inflationē ventris: ꝛ ꝑ ꝓcessionē alicui⁹ acute egritudinis: aut offensionis. Tūc obstetrix dȝ attētare cū manib⁹ iuncti: ꝛ locis illis cū mollificātib⁹ mollificatis fomētatis ꝛ pessarizatis ꝛ ꝑuocatiōe sternutationis ꝛ medicinis ꝑuocantib⁹ aborsuz velut est castoreū ꝛ mirrha cum rutha ꝛ silia. Si poterit eū extrahere: si nō intromittaṫ instrumentū dictū speculū factū cū vite torculari ꝛ apiat matricē quātū erit possibile: ꝛ post ea cū manib⁹ ꝛ vncinis ꝛ tenaculis integruz aut frustatim extrahaṫ: ꝛ nō remaneat: licet Albu. dixit se vidisse mulierē q̄ sup ipregnata sup fetū mortuū dimissum. Et post lōguz tp̄s ꝑ ap̄a vmbilici exiuerunt ossa: ꝛ si longo tp̄e vixit. Est tñ cautela: ꝙ si in capite fetus mortui: aut in pectore: seu ventre vel in secūdina fuerit aqua tumore exitū impediēs ꝙ cum vngulis: aut spatumine incidaṫ: ꝛ aqua extrahaṫ: ꝛ sic melius exibit. ¶ Si aūt ꝯtingeret mulierem ipsaȝ esse mortuam: quod cognoscetur per signa dicta superi⁹ de mortuis: ꝛ suspicaueris ꝙ fetus esset viuus: q: vetat lex regia mulierē p̄gnantem nō humari quousq3 fetus exiuerit tenēdo mulieris os ꝛ matricē apertā vt volūt mulieres: apiaṫ mulier ƀm longitudinē cū rasorio in latere sinistro: q: pars illa est magis libera ꝙ̄ dextra: ꝑpter epar. Et digitis iterpositis extrahaṫ fetus. Ita eñ extractus fuit Julius cesar: vt in gestis legitur Romanorum.

Extractio secundine qñ retineṫ secūdina: tūc ƀm Albu. opȝ vt ꝑcipias infirme vt iuuet se cū sternutatiōe ꝛ retētione anhelit⁹ sup os ꝛ nares ꝛ si nō egrediṫ suffumigeṫ matrix cū emboto decoctiōis calamēti, ruthe centhauree camomille aneti ꝛ casie lignee ꝛ id gen⁹: ꝛ ꝑuoceṫ sternutatio: ꝛ denṫ ꝑuocantia aborsum. Et si nō egrediṫ p̄cipiaṫ obstetrici vt submergat manū suā in oleo sisamino: aut in mucillagine altee. Et intromittat eā in mr̄ice ꝛ capiat eā suauiter. Et si fuerit annexa extrahaṫ: qđ erit possibile extrahi: ꝛ reliquum cū remollitiuis vt est iniectio vnguēti basilicō saneṫ. ipȝ eñ putrefaciet eā post dies ꝛ egredieṫ ꝛc.

¶ De mola matricis.

Mola enim est frustuȝ carnis in matrice ḡnatū ꝛ ḡnatur duob⁹ modis: vt dicit Aui. vno mō ex multitudine materieꝝ effusaꝝ cū vehemētia caliditatis. Et scđo mō in coitu in quo matrix cōprehēdit aquā mulieris ꝛ extēdit eaȝ cū nutrimēto. Et ꝑpter defectū virtutis masculinitatis nō cōcipit. sed illā carnē generat ¶ Cuius signum est q: nō hȝ motuȝ ꝑ se vt fetus ꝛ extrema sunt ei mollia: ꝛ trāsiuit tempus partus: ꝛ curatur cuȝ mollificantib⁹ sternutationibus ꝛ prouocantibus aborsum: ꝛ cum pessarijs: ꝛ alijs instrumētis ꝛ operatōibus cum quibus extrahitur secundina ꝛc.

¶ De exitu matricis ꝛ longaonis.

Fomentetur loc⁹ cū vino stiptico: ⁊ post sinapizet cū puluere de radice cōsolide masti ce in plus sang. drag. boloar. mūmia. mirrha nuce cipressi balaustijs ⁊ alumine ac cerusa i min⁹: ⁊ de eodē puluere cū albuminib⁹ ouorum fiat emplm: ⁊ cū plagella de cotone ligetur: ⁊ quiescat coxis eleuatis ⁊ comedat cibaria delicata nec exprimere se cogantur.

¶ De emorroydibus Et attricib⁹ fissuris et vlcerib⁹ ani ⁊ matricis dictū est supra sufficiēter: ⁊ cū hoc caplm septimū finit.

¶ De proprijs egritudinibus coxarum ⁊ tybiarum ⁊ pedum. Cap. viij.

N tybijs seu pedib⁹ magnis pter egritudies cōes accidūt multe egritudines ꝓprie de qb⁹ fuit dictū supra vt elefātia varices claui egritudies vnguiū: ⁊ ad gen⁹. De malo mortuo posset hō dicere filaterias multas. Sʒ gnālr curat sicut scabies de q̄ dictuʒ est supra cū nihil sit q̄ feda ⁊ arida scabies. ⁊ si hʒ qd corrosiōis ꝑ q̄ dicat cauerna vel vlcera feda: dictū ē etiā supra. ¶ Nihilomin⁹ cā collatiōis i malo mortuo seu frate salso post vl'e regimē laudat lotio cū aq̄ fabrorꝫ: ⁊ aceto decoctionis fumiterre lapacij ⁊ celidonie. Et post liniat cū linimēto facto de succo mali terre brionie decoctiōis cū oleo ro. aceto ⁊ sapone molli. Deide inūgat cū vnguēto facto ex axūgia porci antiq̄ dissoluta cū aceto p nouē dies: acetū de tertio i tertiū renouando: ⁊ ex vnguēto albo sulfure alumie boloar. ⁊ argē to viuo pistatis in mortario plumbeo.

¶ De dolore ⁊ mula q in calcaneo.

Quāq3 istis accidūt ex obuiatiōe clacia mēti qn̄q3 ex frigore ⁊ sanat ip̄z vt dicit Aui. ebrocatio cū aq̄ frida plima fctā ⁊ epithima de memitha ⁊ boloar. resoluto: ⁊ cū doctria data p eū i q̄rto ad excoriatōez calcamēti. Et dcā sup⁹ supficialr de ꝯtusiōe carnis. ¶ Hali. aūt p̄cipit ponere coriū ocree puluerizatū: aut vna cū. B. xj. farmacorꝫ pulmonē ariet' seu porci ꝯbustū ⁊ pulu erizatū: ⁊ sedato dolore gallā ⁊ acatiā cū aceto distēpatā ¶ Usus aūt cōis ad sedādū basilicō pōit: ad desiccādū ꝓo vnguentū albū. ¶ Hora eī est dare q̄etē huic sexto. Ille q̄ dedit motū corporibus quietē verā det animabus.

Tractatus. vij. q̄ antidotariū dr duas continens doctrinas.

¶ Prima est de vniuersalibus antidotis seu auxilijs. ¶ Scda erit de particularibus.

Prima habebit duo capitula.

¶ De flebothomia ventosis ⁊ sanguisugis ⁊c. Cap. j.

Docerem prolōgare: si de antidotis cū quib⁹ ducitur finis intentus i chirurgia ad loca subiecti tractarē exq̄site maxime cū p totū libruʒ tractando modum ducendi finem illum p curatiuas intētiones exēplificanda multa. ⁊ magis ꝓpria sint inserta. Et qui non erit ꝯtentus ⁊ plura habere voluerit querat ⁊ accipiat in toto continente et in antidotario magno Azaranij: in quib⁹ mille milia auxiliorꝫ antiquorꝫ inueniet aggregata: Empericas ⁊ incantationes parū acceptaui de q̄bus in gilbertina ⁊ thesauro pgū perum copia inuenitur multa. Uersitamen vt non videar exire tramitem aliorū breui⁹ q̄ potero aliqua magis tn̄ cōia ⁊ mihi visita rememorabo. Et nō displiceat reiteratio: qr multotiens repetita prosunt vtilia. Et cū hoc se corrigi possunt duplicata. Uerum qr flebothomia inter omnia est magis cōe ⁊ generosum auxilium. Nam inefficax omne reliquuʒ in egritudinibus sanguineis fit ab ea in. 9. terap. incipiendum est ab ipsa. Flebothomia est incisio vene euacuās sanguineʒ ⁊ humores cum sanguine in eis decurrētes. Ita describit eaʒ Arnaldus in libro de epe pticulari in quo opus flōie adducit in exemplū. Et ideo dicebat Aui. in quarta primi q̄ erat euacuatio vl'is multitudinē euacuans. Et prima tertij q̄ erat cōis humorꝫ euacuatio. Et. B. 6. affōr. q̄buscunq3 flōia ⁊c. Flōia nāq3 cōe auxiliū est egritudinū plectoricarꝫ. Et est fm Ras. in. 4. Almāß. multū ꝯferēs in sanitate conseruāda ⁊ ad egritudines curādas si fiat vt opꝫ. Si ꝓo fiat alr est cā debilitatis ꝟtutis ⁊ gnātionis hydropisis ⁊ aliarū malignarū egritudinū ⁊ anticipationis senectutis. Flōia eī maligna facit vt ꝓbat Ga. in libello de flōia in illo romano q̄ in ocul' patiebat: ita q̄ ex hoc erasistratus q̄ inhibebat flōiam san. trepidus vocabatur. Est eī securius auxilium q̄ pharmacia: qr hoc donum maxime in flebothomia existit vt dicit ibidē: qr qn̄ volumus eam sistere sistim⁹: qd semel autem ad ventrem transglutitum est

operatur: neq possumus sistere vt volumus. ¶ Circa hoc gnosum auxiliu Gal. in libello predicto de flobotomia querit quinq problemata. Primum qui sunt q evacuatione indigent. Secundum qui cu flobotomia. tertium qui sunt illi qui possunt eam sustinere. quartu per quas venas est facienda quintu de mensura flobotomie. Deinde determinat de tempore. Et alii doctores de regimine ipsius addiderunt. Primu aut requiritur per vtriusq repletionis presentia. Secundum vasa vel virtutem put in libro de multitudine et quarto sanatiuorum est distinctu. Quecuq enim repleta evacuare oportet vt in afforismis clamat hypp. doctrina: siue sit de parte sanatiua siue de preseruatiua. vtrin nobis absq causa non conteratur sermo sicut dicit Gal. in comento. Secundum ostenditur per venaru repletione in comento: dolores oculorum: et quarto sanatiuorum. et vbiq si est ex omnibus humoribus equaliter: siue ex sanguine abundante q facienda est evacuatio per flobotomiam eo quia vene loca sunt sanguinis et aliorum humorum maxime naturaliu vt in anathomia fuit dictu. ¶ Sex enim sunt intentiones propter quas fit vtilis flebothomia. Prima est ad evacuandum. secunda ad diuertendu. tertia ad attrahendum. quarta ad alterandu. quinta ad preseruandu. sexta ad alleuiadum. ¶ De prima dixerunt methoici et alii plurimi vt deducitur in quarto terap. q evacuatio per obiecto solum respiciebat plectoricu cocursum de quo ibidem reprehedit eos. G. in libello allegato de flebothomia. q flebothomia no solu fit propter multitudinem: sed propter passionis fortitudinem siue multitudinem incipiente flegmonatione vel eum spectante propter percussionem vel dolorem et humorum precipue sanguineorum abundantia vel imbecillitatem particularum. Ista enim operantur flegmonationem absq ea que secundum corpus multitudine: fortitudinem aut passionis vocat tripliciter. Aut propter principalitatem passe particule: aut propter magnitudinem dispositionis. Et tertium propter ipsius malam morigerationem. ¶ De secunda dicebatur in libello dicto: q assumitur flebothomia aliquando vt evacuatiuum: aliquando vt antipasticum. i. diuersiuum auxilium: vt in fluxibus ipse declarat ibi: et in quinto terapeu. Emorosagizante nare dextra in dextra manu: altera vero in sinistra. Et hec est hyppo. in quinto affo. cantilena posteriora capitis dolentibus que in fronte recta vena incisa iuuat non solum vt comentat Gal. ingeniatur hippo. evacuare vbi oportet evacuare: sed cum antispasi. ¶ De tertia dicitur in eodem libello q si menstrua prouocare velimus venas inferiores aperimus vel suras scarificamus tempore assueti motus. ¶ De quarta dicebat Gal. in nono terap. et in commento 23. primi affo. exeuntia non in multitudine coniectari q flebothomia vsq ad lipothomiam refrigerationem totius habitus confestim operatur et extinguit fe. ac si occidisset eam. ¶ De quinta ostendit in eodem libello et in comento illius affo. Quibuscuq flobotomia confert q flobotomia multos patos incidere in egritudinibus preseruat vt no cadant in eisdem: quod declarat de patis ad spuendum sanguinem: ad peripleumoniam squinantia synantiam epilepsiam apoplexiam faciendo flobotomiam in vere fuerunt preseruati ab eisdem. Etiam in casibus et percussionibus et vulneribus premittitur flobotomia vt aduentus phlegmonis: vt dictum est phibeatur. Melius est enim anticipare flobotomiam q multitudinis expectare sinthomata.

¶ De sexta loquitur Gal. in. xi. terap. c. 15. versus medium. igitur quidem optimu vt dictum est venam incidere non solu in synochis febribus sed in aliis omnibus que in putredine humorum quando senium vel que etatis vel virtutis non prohibuerit: alleuiata enim q dispensat nostra corpora natura et deponens quod aggrauat eam velut aliquod onus dominabitur reliquo facile. Itaq et digeret quod digeri potest: et extrahet quod extrahi potest recolens propriarum actionum. ¶ Tertium qui sunt illi qui eam possunt sustinere concluditur in eodem libello q sunt habentes virtutes robustas venas grossas et amplas habitudinem non multum macilentam et colorem non album et carnem non mollem. Contrarie aut dispositi nequaq salubriter eam sustinere possunt: sanguinem enim modicum habent et facile evaporabilem carnem et secundum istam rationem infantes non sunt flobotomandi ante quatuordenalem etatem. Neq senes vltra. 70. annos: nisi presente magna necessitate et tunc cum prouisione et cautela. Et secundum ipsummet Gale. vt assumitur per Rabi in principio ad glaucone q insueti flobotomari non sustinent flobotomiam neq habentes stomachum debilem neq corpora dyariis occupata neq crapulam seu indigestionem patientes que secundum ventrem vt etiam in secundo terap. dicebatur. Et hypp. pregnantes excipit saltem quantum ad extremos vel postremos menses. Quicquid sit tamen significatio in prohibendo flobotomiam q sumitur a virtute omnes alias superat in nono terapeu. Multi enim propter debilitatem virtutis in flobotomiis perierunt. Come aut est in vtroq opuscu

lo custodire virtutem. Et hinc est quod omnia illa que debilitant virtutem prohibent flebothomiam ut fluxus ventris ac purgatio alia nimius sudor colica spasmus tremor longa egritudo superfluus coitus nimium balneum: angustie sollicitudines vigilie labores et id genus. Rasis autem .4. Almansoris addit quod qui multa carne et nimis rebus dulcibus uti consueverunt flebothomari optime possunt. Qui vero passi sunt abstinentiam et interiora habent debilia Et qui flegmatici sunt et egritudines consueverunt habere frigidas: Ac qui habitant in regione et aere calidissimo non debent flebothomari. Ebrius et fastiditus non flebothometur donec omnino ista ab eis fuerint remota nisi ex tarditate flebothomie magnus immineret timor m.7. Almansoris. ¶ Particulariter autem et exquisite omnes significationes concedentes et denegantes flebothomiam pertractauit optime magister Arnaldus in libello suo supius allegato de flebothomia per considerationem rerum naturalium et non naturalium et contra naturam docendo eas mensurare et ponderare: et de eis facere unum capitulum: et dare magis instantia secundum possibilitatem alias non negligendo vel per quantitatem flebothomie vel per alias eas corrigendo secundum quod dicetur de farmaciis infra: quia tamen illud est magis physicum quam chirurgicum dominis physicis dimitto quantum est de presenti.

¶ Quartum per quas venas est flebothomia facienda est notificatum per universum tractatum. In summa tamen ponit Aliabas in .9. sermone partis secunde libri regalis. quod vene que minuuntur in hominibus sunt .xxxiii. quarum duodecim sunt in brachiis: due scilicet mediane. due cephalice: due basilice: due assellares: due cubitales: due seinales. In capite sunt .xiii. due post aures: due in angulis oculorum: due organice: due verticis et vena frontis: vena pappis: vena nasi: due vene sub lingua. In pedibus sunt octo: due in genubus: due saphene: due sciatice: due pectinis pedis. ¶ Albu. vero non ponit nisi .xxvi quarum decem sunt in capite et decem in brachiis: et sex in tybiis et pedibus. ¶ Gal. autem in libello sepe allegato dicit quod vene que flebothomantur secundum cubitum sunt tres: que intus: que extra: et que in intra. Illa autem que intus partibus a collo inferius iuuat: que vero extra in his que supra. media vero iuuat utrasque: vene vero que inferius sunt due. scilicet illa que est secundum inguina id est plicatura genu. Alia secundum suras et cauillas que propter passiones renum matricis et vesice flebothomantur. Ita etiam et secundum oculorum tamen flebotomare passiones oculorum iuuant. Et que secundum linguam flegmonibus faringarum conferunt. Aliarum tamen communium precedente flebothomia. ¶ Convenientes autem est universales euacuationes precedere particulares: ut clamat tota ista doctrina.

¶ Arterias autem multi dubitauerunt incidere propter periculum sanguinis et emborismatis. Verumtamen. G. per rationem motus in passionibus spumosis precipiebat incidere ea que secundum timpora et que post aures. Et per somnum habuit eas que extremorum. Totalem autem incisionem earum nimis verebatur: quam secundum partem flebothomiam. ¶ Communis autem in his omnibus sermo est: quoniam incipientes fleginones antispastice conuenit euacuare: perfectos vero et diuturnatos ex ipsis particulis euacuare: conuenit si est possibile. Si vero non est possibilis ex proximis .5. terap. Et hec erant due hyp. intentiones communes omnis immoderata euacuatio deriuatur et euacuatur ad loca propinqua. Antispatur ad opposita et longa capitulum libelli de flebothomia seruando quod omnis antispasis fiat secundum cathesim .i. rectitudinem non transcendendo duas dyametros ut in fluxibus narium emorroydarum et menstruorum declaratur de superiori ad inferius et de dextra ad sinistrum de anteriori ad posterius.

¶ Euacuatio vero deriuatio ad proxima ut de epate ad manum dextram. et de splene ad sinistram Intelligendo sane de splene quantum ad materiam grossam ipsi paratam nocere que magis stat et euacuatur per partem sinistram. Non autem quantum ad directionem venarum: cum nulla que dirigatur ad manum omnino ab eo ut in anathomia clare manifestatur. Et intelligitur euacuatione deriuatiua et assumptiua: quia de antispatica que competit durante et tumente fluxum semper fit per oppositam partem. Et ita intelligitur dictum Auenzoar in suo theisir libro primo tractatu .16. de pleuresi quod fiat flebotomia et basilica brachii oppositi quamuis ut dicit quidam nouus medicus nostri temporis videatur quod sit facienda minutio ex eadem parte egritudinis inducendo super hoc verba logicalia et sophistica: quod mihi nullatenus videtur esse rationabile neque verum: immo credo certissime quod facere illud omnino est mors infirmi. Timore tamen securato de fluxu fiat de eadem parte sicut precipit hypp. in secundo regimenti. Quando dolor ad spatulas ascendit .2.4. tera. .7.13. et ubique Et ista fuit intentio Avi. dum dixit quod in principio morborum repletionalium penitus dimittatur flebothomia. scilicet euacuatiua et deriuatiua seu assumptiua per eandem partem que non debet fieri nisi post statum dum maturatio apparuerit: que autem fieri possit et debeat antispatica et subtractiua per partem

P

